



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Disputatio Proœmialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

DISPUTATIO PROOEMIALIS

De Veritate Eucharistiae.

Contra Hæreticos.

Cum ex fide Eucharistiæ mirum in A modum cultus Dei promoveatur, spes erigatur fidelium, & charitas incendatur, alique innumeri fructus oriantur in Ecclesia, nihil mirum quod serpens invidus, hæreticos adversus illam tam vehementer concitarit, tantasque adversus illam, his præsertim temporibus, procellas excitavit, ut vix ullum Doctrinæ Christianæ dogma, tot machinis, tamque pertinaciter fuerit appetitum, ut pie ac eleganter expendit Soto in 4. sent. 9. quæst. 2. art. 1. ubi hæc scribit: *Hofus ille antiquus, qui ab initio mendax fuit, & pater mendacii, inter omnia orthodoxæ fidei Sacramenta, inaccessus hujus Sacramenti Majestati & veritati insensibilis est, quare nunquam non illam labefactare contendit. Etenim quoniam superbiam ejus ascendit semper, fit ut Deo cum primis invideat, quod tantâ veneratione in hoc Sacramento colatur, & adoretur; & Sacerdotibus, quod eâ donati sint facultate quam Angeli non meruerunt, ut creatas substantias in corpus & sanguinem Dei transformare valeant; & cunctis sumentibus, quod illas vires huiusmodi resumant, quibus ejus nequissimos impulsus propulserunt; & Ecclesia, quod eo pacis vinculo per hoc sacrum mysterium conglutinetur, quam ipse in celo & in terra perturbare conatus fuit; & quod per hoc demum viaticum, ad illam gloriam capeffendam provebamur, de qua ille fuit suo merito deturbatus.*

Cum ergo præcipuum Catholici Doctoris munus sit, fidei Christianæ dogmata contra impugnantes defendere, & hæreticorum tela Catholice doctrinæ clypeo propulsare, eorumque sophismata diluere: priusquam cum Catholicis Doctoribus, de essentia, unitate, & necessitate Eucharistiæ, aliisque ad ipsam spectantibus disputemus, & varias quæ in Scholis agitari solent controversias aggrediamur, necessarium esse duxi, veritatem Sacramenti Eucharistiæ, seu veram ac realem Christi in eo præsentiam, contra hujus temporis hæreticos propugnare, & disputationem integram de veritate Eucharistiæ, seu vera & reali Christi præsentia in hoc Sacramento, in hujus Tractatus limine instituerem, quemadmodum initio Tractatum de Trinitate, & de Incarnatione, disputationem prooemialem, & cæteris præambulum præfiximus, in qua hæreticorum errores, quibus illorum mysterium veritas impetitur, confutavimus.

(*)

ARTICULUS PRIMUS.

Duo præcipui Hæreticorum errores contra Sacramentum Eucharistiæ breviter recensentur.

Simon Magus primus nostrorum Sacramentorum Patriarcha fuit. Ille enim cum Discipulis (ut ait Ignatius Episcopus ad Smirnenenses, cuius verba Theodoretus Dialogo, referunt) Eucharistiam & oblationes non admittebat, quæ veram Christi carnem rejiciebat. Hinc error jamdiu sopitum, & ferè extinctum, in Gallia fuscitavit an. 1051. (teste Sigeberto in Chronico) Berengarius Andegavensis Archidiaconus, quædam idcirco D. Thomas hic qu. 75. art. 1. primum hujus hæresis autorem appellat. Adelmannem etiam Episcopus Brixienfis, & Hago Episcopus Lingonenfis, qui temporibus illis floruerunt, Epistolis ad Berengarium, ad eum scribunt, quædam ad primum assertorem hujus hæresis, & ferè id monent ne Ecclesiam perturbet, & ut minuerit, quem exitum habuerint Hæretici qui ante eum fuerunt.

Porro duplex fuit hujus hæretici error indicis. In primis enim dicere cepit, panem & vinum Eucharistiæ esse tantummodo sacramentum, seu corporis Christi signum, subindeque Eucharistiam non verè & realiter, sed figurativè tantum, Christi carnem & sanguinem continere. Qui error primò damnatus est sub Leone IX. in Concilio Vercellensi, deinde in Turonensi sub Victore II. ejus successore, in quo Berengarius primò suum errorem abjuravit, sed cum paulo post in illum relapsus esset, ipsum iterum retractavit in Concilio generali Romano sub Nicolao II. his verbis quæ referuntur de consecratione dist. 2. *Ego Berengarius, indignus sacri Ministerii Andegavensis Ecclesiæ Diaconus, cognoscam veram, Catholicam, & Apostolicam Fidem, anathematizans omnem hæresim, præcipue eam de qua habui in infamatus sum, quæ asseruit conatur panem & vinum, quæ altari ponuntur, post consecrationem, solummodo sacramentum, & non veram corpus & sanguinem Christi esse.*

Verum levis ille protheus, post abjuratam illam hæresim, incidit in alium errorem, quæ ferebat, integram naturam substantiæ panis & vini remanere post consecrationem in Eucharistia, accidentaliter conjunctam corpori Christi eo modo quo unum suppositum potest localiter conjungi alteri, unde transubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi hæcunda hæresi negavit, quam etiam in alio Concilio Romæ sub Gregorio VII. habito, solenniter abjuravit, his verbis: *Ego Berengarius credo, & ore confiteor, panem & vinum quæ ponuntur in altari, per mysterium sacre orationis, & verè*

nostri Redemptoris, substantialiter converti in veram
et propriam & vivificam carnem & sanguinem Jesu
Christi Domini nostri, & post consecrationem esse ve-
rum Christi corpus, quod natum est ex Virgine, & quod
pro salute mundi in cruce pendit.

Licet autem post tertiam illam adjurationem,
Berengarius constans in fide permanferit, & in
communione Ecclesiæ Catholicæ obierit, erro-
ris tamen sui pestifera semina reliquit, ut notavit
Guillelmus Malmesberienfis lib. 3. de gestis An-
golorum, ubi hæc scribit: Berengarius plane quam-
vis ipse sententiam correxerit, omnes tamen quos ex ro-
nasteris depraverat, convertere nequivit. Aded
pejoratum est alios exemplo aut verbo à bono infirmare,
quia fortassis peccatum regnavit alienum, cum de-
lectum fuerit eum. Et sane cum Berengarii re-
tractatione & obitu, ejus errores extincti non
sunt, sed inselicius repullularunt diversis sæcu-
lis apud diversas sectas hæreticorum. Illos qui-
dam attribuant Albigenfisibus, contra quos se-
ptem annorum spatio generosè & feliciter pu-
gnavit S. P. Dominicus. Alii eos etiam tribuunt
Flagellantis. Postea Waldenses, Wiclef,
Oecolampadius, Zwinglius, Petrus Martyr,
Calvinus, & alii, veram & realem corporis &
sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento
præsentiam negarunt, ideoque sacramentarii di-
cti sunt. Lutherus verò talem quidem præsentiam
admisit, imò & mordicus propugnavit, ac
pro ea apologiam edidit, ut constabit ex dicen-
dis infra art. 9. sed alium Berengarii errorem,
quo integram substantiam panis & vini remane-
re post consecrationem asserbat, amplexus est,
subindeque transubstantiationem negavit, quem
plures ejus discipuli in Germania secuti sunt,
ideoque impanatores, seu panisistæ vocantur. Ne-
gat etiam Lutherus, Eucharistiam, seu Missam,
veram ratione sacrificii habere, ut patet ex libro
quem edidit de abroganda Missa, ubi se hunc
errorem à Diabolo didicisse fateretur. Unde, ut
illi objicit Petrus Faber, clarissimus Juriscon-
sultus, alio modo quàm Paulus loqui debet:
nam cum Apostolus dicat: *Quod accepit à Domino,*
hoc tradidi vobis, Lutherus dicere debet: *Quod*
accepit à Demone, hoc tradidi vobis. Hos Lutheri
errores confutabimus infra, cum agemus de
transubstantiatione, & sacrificio Missæ: hic ve-
rò Sacramentarium hæresim, apertissimis
Scripturæ, Conciliorum, & SS. Patrum testi-
monio, nec non variis rationibus Theologicis
refellimus, & postea quæ ex Scriptura, SS. Pa-
tribus, & ratione, Catholicis obijciunt, brevi-
ter ac perspicue diluimus.

ARTICULUS II.

Duplici Scripturæ testimonio Calvinistarum
error refellitur.

PLura adduci solent Scripturæ testimonia ad
refellendum Calvinistarum errorem & pro-
bandam veram & realem Christi præsentiam in
Eucharistia, sed duo præcipua sunt in quibus
hæc veritas manifestè exprimitur. Primus su-
mitur ex capite sexto Joannis, ubi Christus oc-
casionem capiti ex illo miraculo quo quinque pa-
nibus multa hominum millia satiavit, primum
eos ad fidem suam adhortatur, tum à fide transi-
tum facit ad corpus suum in hoc Sacramento
dandum, his verbis: *Panis quem ego dabo, caro mea*

Tom. V.

A est pro mundi vita. Nisi manducaveritis carnem Filii
hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vi-
tam in vobis, &c. Quod enim ibi Christus non
loquatur de manducatione spirituali per fidem,
ut contendunt hæretici, constat primò, quia lo-
quitur in futuro: *Panis quem ego dabo, caro mea est*,
utpote quia nondum hoc Sacramentum insti-
tuerat: cum autem de fide loquitur, non in fu-
turo, sed in præsentia, vel præterito loquitur, quia
objectum fidei semper est præsens, cum fides, ut
ait Bernardus, sit exemplar quoddam æternita-
tis, quæ præterita, præsentia, futura, sinu suo va-
stissimo comprehendit.

B Secundo, Christus ibi expressè distinguit car-
nem & sanguinem per modum cibi & potus, di-
cens: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est*
potus: At si loquebatur de sola manducatione
per fidem, illa distinctio erat inanis & superflua;
nam comestio & potio per fidem, sunt unum &
idem, nempe credere in Christum: Ergo ibi
Christus non loquebatur de sola manducatione
per fidem.

C Tertiò, Christus ibidem comparat & præfert
Eucharistiam Mannæ, quod typus fuit hujus Sa-
cramenti, ait enim: *Hic est panis qui de celo descen-*
dit. Non sicut manducaverunt Patres vestri manna,
& mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in
æternum: At si Eucharistia esset tantum figura
Corporis Christi, vel de sola fide loqueretur,
non debuisset præferre Eucharistiam mannæ;
etenim manna etiam fuit Corporis Christi figu-
ra, ut infra ostendemus, & Patres qui manna in
deserto manducaverunt, in Christum credide-
runt, subindeque spirituali manducatione per
fidem corpus ejus comederunt: Ergo &c.

D Quartò, Christus ibidem ait: *Caro mea verè*
est cibus, & sanguis meus verè est potus: At si ejus ca-
ro solâ fide ederet, ut volunt Calvinistæ, illa
non esset verè cibus, sed tropicè tantum & meta-
phoricè: nam sicut os & guttur animæ, meta-
phoricè tantum est, neque est magis os & gut-
tur, quàm imago Regis sit verè Rex; ita & ejus
cibus & potus, est tantum cibus & potus meta-
phoricè, non autem verè & propriè: Ergo caro
Christi in Eucharistia non editur solùm mandu-
catione spirituali per fidem, sed sub speciebus
panis, verè & substantialiter à fidelibus sumitur.
Unde Hilarius lib. 8. de Trinit. De veritate carnis
& sanguinis, non relictus est ambigendi locus, nunc e-
nim & ipsius Domini professione & fide nostra, verè ca-
ro est, & verè sanguis est.

E Quintò, Judæi audientes Christum dicen-
tem, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est*
potus, litigabant ad invicem dicentes: *Quomodo*
potest hic dare nobis carnem suam ad manducandum?
Aliqui etiam ex Discipulis Christi, ex illis verbis
scandalizati sunt, & dixerunt: *Durus est hic sermo,*
& quis potest eum audire? At si Christus de spiri-
tuali manducatione per fidem loquutus fuisset,
facile hoc scandalum sedare poruisset, & unico
verbo figuræ aut manducationis per fidem, diffi-
cultatem omnem non modò elevare, sed peni-
tùs adimere: quod tamen Christus non fecit,
quin potius acrius instans, iterumque repetitis
affirmationibus dictum suum confirmans, sub-
junxit: *Amen Amen dico vobis, nisi manducave-*
ritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sangui-
nem, non habebitis vitam in vobis; & ad facien-
dam fidem hujus mysterii, mentionem fecit
miraculi futuræ ascensionis suæ, dicens: Hoc
vos scandalizat: Si ergo videritis Filium hominis

ascen-

ascendentem ubi erat prius. Quasi volens rem u-
nam inuicibilem, alia reque mirabili confirmare:
Ergo Christus ibi non loquebatur de spiritali
corporis sui manducatione per fidem, sed de ve-
ra & reali, facienda ore corporis, mediantibus
speciebus panis.

10 Adde quod solebat Christus, si quid obsecra-
usturbis proposuisset, explicare Discipulis ab ip-
so exigentibus, ut patet Matth. 13. de parabolis
seminantis & zizaniorum: quæ autem fuit un-
quam vel maior occasio vel necessitas explican-
dis sensum suum Discipulis; & corrigendi eor-
um existimationem, si falsa erat, quam tunc
temporis, cum uique ad defectionem penè om-
nes scandalizati sunt: Et tamen Christus illos
ob eam existimationem abire passus est, & ad
duodecim Discipulos dixit: *Nunquid & vos vul-
tis abire?* Quasi diceret: Non habeo aliud quod
faciam, mysterium proposui, ad quod creden-
dum fide opus est: qui non vult credere, abeat.

11 Secundum testimonium sumitur ex capite
26. Matthæi, ubi Christus adimplens quod
promiserat Joan. 6. & Sacramentum Eucharis-
tiæ instituens, sic ait Discipulis suis, *Accipite &
comedite, hoc est corpus meum.* Quibus verbis nula
alia suppetunt quæ brevius, & distinctius, &
expresius significare possint, Christi corpus in
Eucharistia verè & realiter contineri. Unde Lu-
therus, infra citandus, cum maximè propensus
esset ad hoc Sacramentum negandum, ingenuè
fessus est, se non posse tam manifeste Scripturæ
testimonio repugnare.

12 Illud tamen variis explicationibus eludere
conantur Calvinistæ. Aliqui pronomen *Hoc*, ex-
plicant adverbialiter pro *hic*, ut sensus sit, *hic se-
det corpus meum*: expositio ridenda magis quam
impugnanda; quis enim rem oculis præsentem,
cujusmodi erat Christi corpus Apostolorum
prospectui, digito videndam commonstret? Alii
explicant verbum *est*, pro significat, ita ut sen-
sus sit, panis ille significat & repræsentat cor-
pus meum, sive est signum vel figura corporis
mei. Alii non in verbo *est*, sed in nomine, *corpus*,
tropum fingunt, ut nimirum hac voce non signi-
ficetur corpus Christi naturale, sed aut mysti-
cum Discipulorum, aut signum & figura veri
corporis Christi. Alii demum pronomen *Meum*,
exponunt possessivè, ut sensus sit, *Hoc*, ostento
pane, *est corpus meum*, id est à me creatum. Sed
hæc duo postrema commenta appetè refellunt
verba subsequenti, *quod pro vobis tradetur: qui
pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.* Non
enim corpus, & sanguis Apostolorum, nec panis
à Christo creatus, sed ipsum Christi corpus, pro
nobis traditum est, ejusque sanguis in remissionem
peccatorum effusus.

13 Alia verò explicatio, verba Christi esse figu-
ratè accipienda affirmans, quæ apud Calvinistas
præcipua est, multipliciter confutari potest. Pri-
mò ex septima Synodo generali actione 6. ubi
sacra Synodus damnat hæreticos qui Eucharis-
tiam vocabant figuram aut imaginem corporis
Christi, & rationem dat sui anathematis, quia
Christus non dixit, *sumite imaginem corporis mei, sed
sumite corpus meum.*

14 Secundò ex Damasceno libro 4. fidei cap.
14. dicente: *Non est figura panis & vinum corporis
& sanguinis Christi: absit enim hoc, sed est ipsum
corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente,
hoc est meum: non figura corporis, sed corpus: non
figura sanguinis, sed sanguis.* Similia habet

A Theophylactus in cap. 26. Matthæi, de cap. 26.
Marci, ubi eadem Christi verba, *Hic est corpus
meum, exponens, subdit: Ostendit quod ipsum cor-
pus Domini est panis qui sanctificatur in altari, & non
respondens figura: non enim dicit, hoc est figura, sed
hoc est corpus meum.*

Tertiò, Christus verbis relictis Eucharistiam
instituens, testamentum condebat suum, juxta
illud Luca 22. & 1. Corinth. 11. *Hic calix novi
testamenti est in meo sanguine.* Unde SS. Pa-
tres, Eucharistiam, *Hæreditarium munus novæ
testamenti* appellant. Et Augustinus in *Plalati*
Quare litigas? (inquit) *Frater sumus. Non
testatus mortuus est Pater. Fecit testamentum, ut
sic mortuus est.* ubi inventa fuerit qd a veteri
testamento à viris bonis & prudentibus, non
verbis propriis & perspicuis condi solent. Unde
in Lege *Non aliter* ff. de Legatis 3. *Naturæ, ut in
significatione verborum alicujus testamenti
non liceat recedere à proprietate verborum, ad
ubi manifestum est, alteri sensu esse testatorem.*
Ergo prædicta Christi verba, non figuratè & me-
taphoricè, sed propriè accipienda sunt.

Confirmatur: Testamentum vetus Exod. 24.
disertis verbis & perspicuis, antiqui Patris
datum est: Sed non deest vetus testamen-
tum, quod novum umbra & figura erat, propriis
vocibus ac perspicuis proponi, novum autem
figuratis & obscuris locutionibus tradit: Ergo
prædicta verba, quibus Christus Eucharistiam
instituit, & suum testamentum
condidit, non debent in sensu figurativo inte-
gi. Unde egregiè Tertullianus lib. 4. contra
Marcionem cap. 40. *In Calicis mentione (Chri-
stus) testamentum constituens, sanguine suo
suum substantiam corporis confirmavit.*

Confirmatur amplius: Christus verbum illud
præstantissimum omnium Sacramentorum in-
stituit, ut sententia Calvinistæ: At Sacramenta,
cùm sint Ecclesiæ bases & fundamenta, minime
debent tropis & obscuris verbis implicari, ut
gravissimi erroris circa eorum usum deest occa-
sio. Unde Circumcisio clarissime instituitur Exo-
d. 17. & comestio agni Paschalis Exod. 12. & in
toto Levitico, ubi tot sacrificia & expiationes, &
hæcque sacræ ceremoniæ instituntur, ut re-
ferre est vocem ullam metaphoricam. *Matthæi
quoque ultimo, Christus Baptismi usum & præ-
ceptum, propriis ac perspicuis verbis declaravit:
Quis ergo sibi persuadeat, ipsum in institu-
endo & tradendo primario legis Evangelicæ Sa-
cramento, obscure & tropicè loquutum esse, &
verba illa, *Hoc est corpus meum*, non in sensu pro-
prio, sed figurativo usurpasse? Forè (inquit
Hilarius) qui verbum est, & qui veritas est, locum
veræ necessitavit & qui sapientia est, in stultitia
eravit & qui virtus est, in ea fuit infirmitas, ut
eloqui quæ vellet intelligi.*

Addo quod quando Christus verba illa pro-
tulit, tunc morti erat propinquus, & ultimum
vale dicebat Discipulis: Solent autem homines
jam morti proximi, & ultimum vale dicentes
amicis suis, perspicuis verbis uti, & non meta-
phoricè. Ergo idem de Christo sentiendum est. Unde
egregiè Augustinus: *Cum verba novissima
panis morientis audiantur iurari ad inferos, non
dicit esse mentitum, & impius iudicatur hoc
forè illa contempserit, Quomodo ergo
iram Dei, si vel non credentes, vel contem-
pserimus verba novissima & unius finis Dei?*

Domini nostri ac Salvatoris, & ituri ad caelum, & inde profecturi, quis ea negligat, quis observet; & inde venturi, ut de omnibus iudicet.

Quartò, Tropi & figuratae locutiones non sunt nec debent esse usui, nisi vel ad ornatum, aut amplificationem sermonis, ut in concionibus fieri consuevit, vel ad occultandum sensum: Sed tropus in illis quatuor Christi vocibus, *Hoc est corpus meum* nec esset ornamento, nec amplificationi, ut patet, sed confusio, neque debuit apponi ad occultationem sensus, quia tunc Christus erat cum solis Apostolis, quibuscum privatum, ut amicus amicis, ut magister discipulis, familiari colloquio, abique ambagibus, distinctè mysteria pandebat; unde & dicebat Luca 8. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei*, rateris autem in parabolis; & Joan. 15. *Iam non dico vos servos, sed amicos*, quia omnia quaecunque audivi à Patre meo, nunc feci vobis. Propter quod cap. 16. dicebant ei Discipuli: *Nunc palam loqueris & proverbium nullum dicis*. Adde quod, ubi Apostoli non intelligebant figuratum sermonem, interrogabant Dominum, ut patet Matth. 15. *Esse nobis parabolam istam*; & tamen quoad præsens mysterium, nullus eum interrogavit, quia se habet perspicue locutus erat.

Quintò, Consueverunt Evangelistæ mutuas tibi operas tradere, ut quod ab uno obcurius est traditum, id aliis clariùs enarret: hinc Joannes Baptista, Elias à Matthæo nuncupatur, sed ut quis sit sensus dignoscatur, subiungit Lucas: *Veni Ioannes in virtute & spiritu Eliae*. Quod verò à Luca dictum est, eiectionem fuisse demonium in digito Dei, à Matthæo in Dei spiritu exponitur. Joseph, Christi Pater non semel scribitur, sed ne falleremur dictionis ambiguitate, Lucas addidit, *ut putabatur*. Matthæus & Marcus accusatum Christum memorant, quia dixisset, *Solvite templum hoc, & in triduo reedificabo illud*; sed quia de quo templo locutus esset, reliquerant incertum, id minimè reticendum Divus Joannes putavit, & de templo corporis suum debere intelligi significavit. Et tamen loquentes de institutione Eucharistiae, ejusque historiam narrantes, nullus eorum interpretatus est dictum alterius, utendo verbo significat, aut nomine figurat vel signi, sed unanimi consensu ut sunt ubique verbo est, & vocibus corporis & sanguinis. Ergo verba illa non debent in tropico & figurativo exponi.

Denique testimonia Scripturæ quibus aliorum mysteriorum quæ Sacramentarii nobiscum admittunt, veritas ostenditur, non apertius eam declarant, quam verba illa, *Hoc est corpus meum*, tealem corporis Christi sub speciebus panis existentiam ostendunt: Ergo sicut Sectarii alia testimonia in sensu typico & figurativo non audent exponere, ita nec istud in illo sensu debent interpretari. Consequentia patet; Antecedens verò probatur primò de mysterio Trinitatis. Ex eo colligunt Sectarii nobiscum, Personas Divinas eandem numero habere naturam, quòd Filius loquens de Patre, & de seipso, dicat: *Ego & Pater unum sumus*, Joannes loquens de tribus personis, hæc scribat: *Hi tres unum sunt*. Illa autem duo testimonia non magis aperta sunt pro unitate in natura, quam hæc verba, *Hoc est corpus meum*, pro reali præsentia corporis Christi in Eucharistia: unde Arriani ea interpretabantur de unitate præcisè quoad effectum, & varia loca Scripturæ arripiebant ad confirmationem suæ

Tom. V.

interpretationis, multò opportuniore, quàm ea quibus Calvinistæ abutuntur, ad eludendam veritatem horum verborum, *Hoc est Corpus meum*; dicebant enim loca illa de unitate naturæ debere intelligi, sicut intelligitur iste Actuum 4. *Credentium erat anima una, & cor unum*. & illud Joan. 17. *Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut nos unum sumus*. Quoad mysterium verò Incarnationis idem probatur: nam ex illo loco, *Verbum caro factum est*, unde colligitur, non magis constat verbum nostram naturam verè, realiter, & non tantum quoad speciem live apparentiam sumpsisse, quàm ex isto, *Hoc est Corpus meum*, constet, Corpus Christi realiter esse præsens in Eucharistia; imò prior locus de Incarnatione, magis patet figuris quibus Marcionistæ & alii antiqui hæretici abutebantur; dicebant enim locum illum explicandum esse de assumptione non veræ carnis, sed phantasticæ, si-ve secundum apparentiam, juxta illud ad Philipenses 2. *In similitudinem hominum factus, & habitum inventus ut homo*. Triumpharent certè Sacramentarii, si similem locum possent nobis objicere pro suis tropis in mysterio Eucharistiae. Denique quoad mysterium resurrectionis idem suadet, ex eo quod idem Calvinistæ colligant nobiscum ex Scriptura, futuram corporum nostrorum resurrectionem, quia Apostolus dicit quod *mortui resurgent incorrupti*: ille autem locus magis patet figuris quibus utebantur Originistæ, quàm iste, *Hoc est Corpus meum*, pateat tropis quibus Calvinistæ conantur eum explicare. Nullus item est Scripturæ locus, qui istorum explicationi ita faveat, sicut in specie favere videbatur Originistis locus iste alius Apostoli: *seminatur corpus animale, resurget spirituale*: quemadmodum enim *ly, seminatur*, figuratè explicandum est, ita etiam sumendum videtur, *ly, resurget*. Concludamus ergo cum Fulberto Carnotensi Episcopo Epist. 1. *Hoc sacramentum non est inanis mysterii Symbolum, sed Corpus Christi verum*. Nullus locus dubietati relinquitur, quando ille ipse qui auctor est muneris, testis est veritatis. Addamus istud S. Gaudentii tract. 2. in Exodum: *Quod annuntiatum est credas, quia quod accipis, Corpus est panis illius celestis, & sanguis est illius sacrae vitis*. Nam eam panem consecratum & vinum Discipulis suis porrigeret, sic ait: *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus*. Cre- damus queso cui credidimus. Nescit mendaciū veritat.

ARTICULUS III.

Veritas Catholica probatur ex traditione.

Secunda probatio Catholicæ veritatis de reali præsentia Christi in Eucharistia, sumitur ex perpetua & nunquam interrupta traditione, ab Apostolis ad nos usque, continuâ successione, per manus Majorum delatâ, quæ in omni ætate & sæculo viguit.

Primus oculatus hujus traditionis testis sit Beatus Andreas Apostolus, qui (ut in ejus vita ab ejus Discipulis conscripta refertur) Egæ Proconsuli, ut diis suis immolaret hortanti, respondit: *Ego omnipotenti Deo, qui vivus & verus est, quotidie immolo, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatam agnū in altari, cujus carnes, postea cum omnis populus credentium manducaverit, agnus qui sacrificatus est, integer perseverat, & vivus* Hujus-

23

modi

modi vero narrationem indubitate esse fidei, testatus est ante sexcentos annos Petrus Damianus serm. 7. de S. Andrea, ubi de hac historia sic loquitur: Non immerito in singularem autoritatem artem suscepit, quam qui viderunt, scripserunt, & ministri fuerunt sermonis. Eandemque refert Metaphrastes, qui floruit ante annum Domini 859.

Secundus hujus traditionis testis est Jacobus frater Domini, qui in sua Liturgia expressè fateatur, per verba consecrationis verum corpus & sanguinem Christi confici. Idem in sua Marcus Evangelista affirmat.

Tertius sit Ignatius, qui vixit Apostolorum tempore, & Joannis Apostoli discipulus fuit, tertiusque à Petro Antiochenus Episcopus: Ille enim in Epistola ad Romanos hæc scribit: Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec volaptatibus huius vite: panem Dei volo, panem celestem Filii, qui est caro Christi Dei. Et in Epistola ad Smirnenles (ut refertur à Theodoro dial. 3.) de Saturnianis & Simoniacis hæreticis loquens, sic ait: Eucharistias & oblationes non admittunt, quod non constentur Eucharistiam esse carnem Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, quæ pro peccatis nostris passæ est.

Quartus sit Clemens Romanus, tertius à Petro Pontifex, & ab ipso in successorem nominatus, qui lib. 8. Apostolicarum constitutionum, sic Deum alloquitur: Rogamus te ut mittas Spiritum Sanctum tuum super hoc sacrificium, testem passionum Domini Iesu, ut ostendat hunc panem, Corpus Christi tui, & hunc calicem, sanguinem Christi tui. Etcap. 21. Percepto corpore & pretioso sanguine Christi. Quæ verba leguntur etiam in Liturgia Jacobi Apostoli.

Quintus sit S. Martialis, qui fuit etiam B. Petri Discipulus: ille enim in Epistola ad Burdigalenses cap. 3. hæc scribit: Quod Iudei per invidiam immolaverunt (id est corpus & sanguinem Christi) nos in ara sanctificata, salutis nostra causâ proponimus.

Sextus sit Dionysius Areopagita, Pauli Apostoli Discipulus, qui in libro de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. Eucharistiam sic alloquitur: O divinisimum & sanctum sacramentum, obducta tibi symbolicè opera menta enigmatum revelens, dilucide nobis demonstrare, ac spirituales nostros oculos, singulari, apertoque lumine imple. Ubi notanda sunt hæc verba, Obducta tibi symbolicè opera menta, quæ apertè declarant, Eucharistiam aliud esse præter symbolum, seu figuram, Christum scilicet, quem sub signorum operimentis latentem invocant.

Septimus sit S. Irenæus, qui secundo sæculo vixit: ille enim lib. 4. adversus hæreses cap. 34. disputans contra resurrectionis corporum adversarios hæc scribit: Quomodo autem rursus dicunt, carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam, quæ Corpore Domini & Sanguine alitur. Ubi docet corpora nostra fieri incorruptibilia, quia aluntur corpore Christi: Ergo censet corpus Christi non solum mente & ore fidei, sed & corpore ipso percipi.

Octavus sit Iustinus Martyr, qui apol. ad Antoninum in fine, hæc habet: Non communem usitatumque panem, usitatumque potionem capimus, sed quemadmodum Dei Verbum homo factus, Iesus Christus, & carnem & sanguinem habuit, sic etiam cibum, qui per preces sermonis quem ab eo accepimus, consecratus est, & quo sanguis, carnesque nostra communione aluntur, Iesu Christi ejus, qui homo fa-

ctus est, & carnem & sanguinem esse accepimus. Apostoli enim ita tradiderunt. Quibus verbis non solum panem & vinum, per verba consecrationis in carnem & sanguinem Christi converti, sed etiam id esse Apostolorum traditionem asserit.

Nonus sit Tertullianus, qui lib. de resur. carnis cap. 8. hæc scribit. Caro abluatur, ut anima conseruetur. Caro angitur, ut anima conservetur. Caro corpore & sanguine Christi reficitur, ut & anima deo saginetur. Quæ verba intelligi nequeunt de comestione mentis per fidem, tum quia illæ caro corpore & sanguine Christi reficitur, affirmatque, comestione illam comparat cum ablutione & unctione, quæ in Baptismo & Confirmatione fiunt, quibus verè, & realiter corpus afficitur.

Alii ejusdem traditionis testes, qui per longas ætates veram & realem Christi in Eucharistia præsentiam docuerunt, apud Bellarminum lib. 1. de Euchar. videri possunt. Potest, hæc traditio confirmari ex praxi & disciplina primitivæ Ecclesiæ, quæ summâ diligentia cavebatur, ne Catechumenis aperiretur mysterium Eucharistiae, cuius rei certa sunt monumenta apud antiquos Patres, referentes hanc disciplinam Ecclesiæ, ut apud Ambrosium deis qui initiantur mysteriis cap. 1. Theodoretum dial. 1. ubi jubetur, qui submissâ voce, & mysticè, id est obsecratè, coram Catechumenis disputabant de Eucharistia. Unde Augustinus tract. 11. in Joan. si interrogaveris Catechumenum, credis in Christum: Respondet, credo, & signat se cruce Domini. Si interrogaveris eum, manducas ne carnem Carnem Christi, & bibis jus sanguinem: nescit quid loquatur: Quia sciret non licebat hoc mysterium Catechumenis declarare. Ex quo manifestè colligitur, fidei primitivæ Ecclesiæ, non existimasse Eucharistiam esse solum manducationem Christi mentalem, per fidem, repræsentatam in symbolis externis, nam Catechumenis non fuisset celandum tale mysterium, cum illi jam crederent in Christum, ac scirent Patres veteris testamenti manducasse agnum paschalem, figuram Christi immolati: Ergo Ecclesia tunc sentiebat, mysterium Eucharistiae aliud esse quam solum manducationem mentalem corporis Christi.

Aliud ejusdem veritatis signum & argumentum est, alia antiqua cæremonia, cujus meminit Augustinus lib. 2. de peccat. meritis cap. 6. quæ benedicebatur panis, ut daretur Catechumenis, quem sanctum sacramentumque appellat Augustinus, quamvis (inquit) non sit corpus Christi. Nam si Eucharistia nihil aliud esset quam purus panis, solâ Sacerdotis benedictione sacratum, quid opus erat alium panem benedicere, ut daretur Catechumenis? aut cur hic etiam non appellatur corpus Christi?

Idem colligitur ex eo quod summa semper fuit religio in sumenda & tractanda Eucharistia, quam re omnium sacratissima: hinc enim constitutum fuit, ut non nisi à jejunis perciperetur sicut asserit Augustinus Epist. 118. cap. 6. in verbis: Hoc placuit Spiritui sancto, ut in hoc tantum sacramento, in os Christi præparatum, corpus intraret, quam ceteri cibi. Unde summum peccatû censetur dare illam non jejunis, sicut ex Chrysostomo colligi potest Epist. 4. ad Corin. cum quidam finxisset, Christum non jejunis ministrasse Eucharistiam, re-

ARTICULUS IV.

Catholica veritas definitionibus Conciliorum stabilitur.

Non solum Scriptura & Traditio, sed etiam 27
plura Concilia generalia, veritatem Catholicam, de reali & corporea manducatione corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, aperte docent. In primis enim Concilium Nicaenum primum, Anno 330. celebratum, & ipso Calvino, cum tribus aliis proximis generalibus, libro 4. Instit. cap. 9. §. 8. receptum, & approbatum, hanc veritatem docuit: sic enim habet libro 3. (editionis Pisani) cap. de sacra mensa: In hac sacra mensa ne humiliter inrenti simus ad profuturum panem & calicem, sed attollentes mentem fide, intelligamus situm in illa sacra mensa agnum illum Dei, tollentem peccata mundi, incruentè à Sacerdotibus immolatum; & pretiosum ejus corpus, & sanguinem, verè nos sumentes, credamus hac esse nostra redemptionis symbola. Quibus verbis Concilium perspicue asserit, Christum residere in sacra illa mensa, in qua symbola panis & vini proponuntur, ac in ea incruentè immolari à Sacerdotibus, & à fidelibus verè recipi.

Secundò eadem veritas definita fuit in Concilio Ephesino in Epistola Cyrilli ad Nestorium, à Concilio approbata, in qua sic dicitur: Ad mysticas benedictiones accedimus, eaque ratione sanctificamur, ut per sacra carnis, & pretiosi sanguinis Christi, omnium nostrum Salvatoris, participes effecti. Et paulò post: Neque enim illam ut carnem communem suscipimus, sed tanquam verè vivificam, ipsiusque Verbi propriam.

Tertiò, Concilium Nicaenum 2. seu septima 29
Synodus Oecumenica, art. 6. hæc habet: Nemo unquam Sanctorum Apostolorum, qui tuba sunt spiritus Sancti, aut gloriosorum Patrum nostrorum, incruentum nostrum sacrificium, in memoriam passionis Christi Domini Dei nostri, & totius sue dispensationis factæ, imaginem corporis illius dixit: Nam is qui accipit à Domino, sic non dicit, aut confitetur, sed auditur sic dicentem Evangelicè, Nisi comederitis carnem Filii hominis &c. Quo nihil clarius & expressius ad refellendum Calvinistarum errorem dici potest.

Quartò exortà hæresi Berengarii, qui ut supra art. 1. diximus, circa Annum 1050. presentiam Christi in Eucharistia sacramento negavit, in pluribus Conciliis quæ ibidem retulimus, ejus error proscriptus est; & Catholica veritas sancita & confirmata, nimirum in Concilio Vercellensi sub Leone IX. in Turonensi sub Victore II. & in duobus aliis Conciliis, sub Nicolao II. & Gregorio VII. Romæ habitis, in quibus Berengarius publicè suum errorem retractavit.

Quintò, in Concilio amplissimo totius orbis sub Innocentio III. Romæ celebrato, iterum eadem hæresis damnata est, & Catholica veritas de reali presentia corporis Christi, can. 1. his verbis declarata: Verum Christi corpus & sanguis in sacramento altaris, sub speciebus panis & vini veraciter continetur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate divinâ.

Sextò, eadem veritas explicata est in Concilio generali Viennensi, sub Clemente V. in Constantiensi, sub Martino V. in Florentino, sub Eugenio

ponit ille: Hoc feci, expungatur corpus meum ex alio Episcoporum, & abiciat me etiam Christus à regno suo. Ob summam etiam reverentiam quâ fides hoc sacramentum in primitiva Ecclesia colebant, vasa ad Eucharistiæ celebrationem non nisi ex rebus valde pretiosis, ut ex auro & argento fieri solebant. Unde in Ecclesia Rhemenfi, ante mille annos, à D. Remigio calix aureus relictus est, cum hac inscriptione:

Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro.

Et in multis Germaniæ Monasteriis vetustioribus, extant adhuc antiquæ fistulæ aureæ, vel argenteæ, quarum erat olim usus ad sanguinem ex calice tutius hauriendum, Quin etiam apud Prudentium in libro *perisæpæ*, Præfectus Gentilis, D. Laurentio Martyri inter alia dicit: B

*Hanc esse vestris orgiis,
Moremque & artem proditum est,
Hanc disciplinam fœderis,
Bibant ut auro Antistites:
Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem,
Auroque nocturnis sacris
Affare fixos cereos.*

Demum fideles non figurativè tantum, sed verè & realiter, carnem & sanguinem Christi, sub speciebus panis & vini, in Eucharistia sumere, argumentum est, quod Christiani inter alia olim, accusabantur ab Ethnicis, quod in suis sacris, carnem humanam ederent, ut patet ex Tertulliano in Apologetico cap. 7. ubi sic ait: Dicitur sceleratissimi de sacramento in fanticidii, & pabuli. Et ex Felice in Octavio, ubi ait quod Gentiles Christianis exprobrare solebant, quod infantem farinâ rectum secretis vulneribus confoderent, ejusque membra inter se partirentur. Eundem etiam cultum, quo fideles in primitiva Ecclesia Christum sub speciebus panis & vini in Eucharistia latentem colebant, occasionem fuisse Gentilibus suspicandi Christianos colere Ceterem & Bacchum, testatur D. Augustinus libro 20. contra Faustum cap. 13. Certè si fideles in Eucharistia carnem & sanguinem Christi figurativè tantum & non realiter sumerent, debebant eximii illi Catholicæ fidei defensores id omnino apertè declarare in suis Apologiis, ut hoc immane crimen infanticidii, quo Christiani olim gravabantur, omnino amoverent; & ut Gentilibus, qui nos impios appellant, ex eò quod Deum nostrum manducemus, penitus os occluderent: hæc enim defensio facilissima erat, si vera fuisset. Hoc verò illi nequaquam in suis Apologiis præstant, non enim ad Sectariorum topoi, sed ad omnipotentiam Dei recurrunt, ut mysterium Eucharistiæ explicant, ut patet de Iustino Martyre, qui in sua Apologia, ad calumniam allatam Paganorum respondens, sic ait: Non enim ut communem panem hæc sumimus, sed quemadmodum per Verbum Dei incarnatum, Jesus habet carnem & sanguinem; sic etiam per preces verbi Dei ab ipso Eucharistiam factum cibum ex quo carnes nostræ aluntur, ipse incarnatus Jesus carnem, & sanguinem esse edocti sumus.

Eugenio IV. & tandem in Tridentino, sessione 13. cap. 1. ubi sic dicitur: *Docet Sancta Synodus, & aperte ac simpliciter profiteretur, in almo Sancta Eucharistia sacramento, post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum atque hominem, verè, realiter, ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilibus contineri. Quibus verbis hæc res quatuor confutatur. Primò Ubiquitarum, asserentium Christum adesse in hoc sacramento, non virtute consecrationis, sed ubiquitatis corporis Christi. Secundò Sacramentariorum, negantium Christum verè esse in hoc sacramento, sed tantum, ut in signo. Tertiò Calvinii, affirmantis Christum non esse in hoc sacramento realiter, sed solà fide apprehensum. Quartò Calvinistarum, dicentium Christum non esse in hoc sacramento substantialiter, sed per quandam virtutem accidentalem, quâ nobis conjungitur.*

ARTICULUS V.

Catholica veritas testimonio Sanctorum Patrum confirmatur.

PLura SS. Patrum testimonia, pro ejusdem veritatis confirmatione, adducunt Bellarminus, Valentia, Perronius, Coëffeteus, & alii; nos clariora & faciliora seligimus.

33 In primis ergo plures ex SS. Patribus docent, fideles sumere corpus & sanguinem Christi, non solùm ore mentis per fidem, sed etiam ore ipso corporis, & per veram & propriam comestitionem. Ita D. Augustinus libro 2. contra Adversarium legis & Prophetarum cap. 9. ubi ait: *Christum Jesum carnem suam nobis manducandam, bibendumque sanguinem dantem, fidei corde & ore suscipimus.* Et Leo sermone 6. de jejuniis septimi mensis, ubi hæc scribit: *Sic Sancta mensa communicare debetis, ut nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis, hoc enim ore sumitur, quod fide creditur.* Item S. Gregorius Papa homil. 23. in Evang. explicans verba illa Exodi 12. *Fasciculum hyssopi tingere in sanguine qui est in limine, & aspergere ex eo superliminare, & utrumque postem, subdit: Sanguis Christi super utrumque postem ponitur, quando non solùm ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur.*

34 Secundò SS. Patres docent, quod per Eucharistia perceptionem, Christus verè nobis commiscetur, & non per fidem tantum, sed etiam re ipsa nobis unitur. Sic enim loquitur Chrysostomus homil. 3. in Matth. *Semetipsum nobis commiscet, & non fide tantum, verum & ipse, nos suum efficit corpus.* Item Cyrillus Alexandrinus libro 10. in Joan. cap. 13. dicit, Non tantum rectâ nos fide & charitate sincera Christo spiritualiter conjungi, sed etiam corporaliter, communicatione carnis Christi, Christum in nobis habitare. Ibique unionem illam corporalem Christi cum fidelibus, quæ fit per usum Eucharistia, hoc exemplo declarat: *Quemadmodum (inquit) si quis igne liquefactam ceram, alia cera similiter liquefacta ita misuerit, ut unum quid ex utrisque factum videatur, sic communicatione corporis & sanguinis Christi, ipse in nobis est, & nos in ipso: non poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis, ad incorruptibilitatem & vitam traduci, nisi naturalis*

vita corpus ei conjungeretur. Alio exemplo dicitur: *Quemadmodum parum fermenti, teste apostolo Corinth. 11. totam massam sibi similem reddit, sic etiam pus illud vivificum, in corpus nostrum ingreditur, & in se transfert atque commutat, siveque simile & mortale (futurum suo tempore) reddit. Nihil enim est, quoad fieri potest, ut naturam suam salutarem intra corpus admittat. Ibi etiam docet, oportere, ut sicut veritus cibos corporales ab Adamo comestus est, ita Christi corpus nobis corporaliter & intra viscera ipsa sumatur, adeoque non tantum mente per fidem, ut in damnum quod corpore fuerat inditum, per contrarium repellat actionem. Legatur totum illud caput quod nihil clarius dici potest contra errorem Calvinistarum, contententium spiritu tantum deum etiam corpore, à nobis percipi corpus & sanguinem Christi.*

Tertiò, docent SS. Patres, sacramentum Eucharistia propter Christum in eo existentem, se adorandum: Sed non debet adorari, immo talis cultus esset idololatria, nisi Christum verè & realiter contineretur. Ergo SS. Patres censent Christum in sacramento Eucharistia verè & realiter contineri. Unde rectè Theodoretus dixit, hæc mysteria adorari, non quia significant, sed quia ea sunt quæ creduntur. Minor patet, immo cultus adorationis soli Deo exhibendus est. Major verò passim docetur à SS. Patribus, præsertim ab Augustino Epistola 110. cap. 27. ubi ait, quod fideles veniunt ad mensam, manducant, & bibunt. Idem asserit in Psalmo 21. Expolit. ubi illud, *Manducaverunt, & adoraverunt, sed expressius & plenius in Psal. 98. super illud, Adoravit bellum pedum ejus: ubi scabellum terram, & terram explicat carnem Christi, Quia in ipso locum hic ambulavit (inquit) & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam manducet, nisi prius adoraverit, inventum est quod adoratur tale scabellum pedum Domini, utrumque lumen non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Et Ambrosius lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 12. super eadem verba sicut: *Per scabellum terram intelligitur, per terram autem, caro Christi, quam & hodie in mysteriis adoramus.* Similiter dicit Chrysostomus homil. 3. in Epistola ad Ephes. ubi sic habet: *Adora, & manduca, & Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 5. mystag. hæc scribit: Accede ad calicem sanguinis illius, adorationem in modum. Unde Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 5. latræ cultum promovere semper in Ecclesia recepto ei exhiberi docet.**

Nec solùm homines, sed & Angeli Christum in hoc sacramento adorant, & ad comestum ipsius contremiscunt, ut dicit Chrysostomus variis in locis, præsertim libro 1. de Sacerdotio, ubi hæc scribit: *Per id tempus quo nimirum Sacerdos Missæ sacrificium offert, & Angeli Sacerdoti assident, & calicem panis & vini universus ordo clamores excitat, & locum circum vicinus, in illius honorem qui immoletur, & vicinus choris plenus est: id quod credere abunde licet, ex tanto illo sacrificio, quod tunc peragitur, & verò & commemorantem quandam auri, & diceret senem quandam, virum admirabilem, cui revelationum mysteria multa divinitus fuisset, sibi narrasse, se tale alim visum dignum habitum à Deo fuisse: ac per illud quidem tempus*

repente Angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus inducorum. altare ipsum circumdantium : denique sic capite inclinatum, ut si quis milites præfente Rege stantes videat. Ethomil. 3. contra Anomæos, versus finem : Tempore illo (inquit, non solum homines clamorem illum tremendum reddunt, sed etiam Angeli Domino genua flectunt, Archangeli rogant : habent sibi tempus ad id idoneum, habent sacram illam oblationem in favore. Itaque ut homines ramos olearum gerentes, movere Reges consueverunt, eoque arboris genere, Angeli tunc pro ramis oleaginis, corpus Domini ipsum protendentes, rogant pro genere humano, quasi dicant : pro his Domine rogamus, quos tu adeo dilexisti, ut pro eorum salute mortem obires, animam in cruce efflares : pro his supplicamus pro quibus ipse tuum largitus es sanguinem : pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti. Similia docet D. Gregorius libro 4. dial. cap. 58. his verbis : Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio, Angelorum choros adesse, summa iuris sociari, terrena celestibus jungi, unum quoque ex visibilibus atque invisibilibus fieri.

Nec solum Angelos sponte adorare Christum positum in altari, sed etiam Demones cogi illum adorare, tradit Chrysostomus homil. citatâ contra Anomæos : Agitatos (inquit) Diaconus tempore illo adducit, & iuber caput tantum inclinare, atque illo corporis gestu supplicare.

Quartò, Sancti Patres æquiparant præsentiam Christi sub speciebus, illi quam habuit in locis in quibus non dubitatur fuisse substantialiter : putâ Christum fuisse substantialiter in præsepio : At SS. Patres æquiparant præsentiam quam Christus habet in altari, ei quam habuit in præsepio : Chrysostomus enim in oratione de S. Philogonio hæc scribit : Si cum fide accesserimus, prædubio videbimus eum in præsepio iacentem : nam hæc mensa vicem explet præsepis : siquidem & hic ponitur corpus Dominicum, non quidem factis involutum, sicut tunc, sed undequaque Spiritu Sancto conveltum. At Magi quidem nihil aliud quam adorant : rident scilicet pura accesseris conscientia, permittimus ut sumas, & sumpto, domum abeas. Similia docet Theodoretus Ancyranus in oratione de Nativitate, recitata in Ephesino Concilio.

Item, Christus est verè & substantialiter in throno cæli : At idem Chrysostomus homil. 24. in 1. ad Corinthios versus finem, æquat præsentiam quam Christus habet in altari, ei quam habet in cælo, docetque per consecrationem sacerdotum mysteriorum Eucharistiæ, terram fieri quodammodo cælum, & hoc ipsum quod pretiosissimum est in cælo, in terra collocari. Verba ejus sunt : Hic terram tibi cælum facit hoc mysterium. Aperi ergo cæli portas, & perspice, & tunc videbis quod dictum est. Nam quod illic est omnium pretiosissimum & maxime honorandum, hoc ostendam tibi situm in terra. Sicut enim in regia id quod est omnium magnificissimum, non parietes, non tectum aureum, sed corpus Regis sedens in solio. Sed hoc tibi nunc licet videre in terra. Non enim Angelos, nec Archangelos, neque celos, & celos celorum, sed ipsum eorum ostendo Dominum. Vidisti quemadmodum quod est omnium præstantissimum & maxime honorandum vides in terra : neque solum vides, sed etiam tangis, sed etiam comedis, & eo accepto, domum reverteris.

Tom. V.

A Quintò, SS. Patres docent in mysterio Eucharistiæ reperiri plura divina omnipotentia miracula, ex quibus realis & substantialis corporis Christi præsentia sub speciebus sacris, manifestè colligitur. In primis enim dicunt esse miraculum omnipotentia Dei, quod Christi corpus jam toties & à tot hominibus manducatum, non sit consumptum. Ita Nyssenus in oratione catechetica cap. 37. supra citato, ubi considerandum esse ait, quomodo possit unum illud corpus quod tam multis fidelium toto orbe semper distribuitur, totum esse in unoquoque, & ipsum in se totum manere. Et respondet id fieri virtute benedictionis, in illud transselementatâ eorum qua apparent natura. Idem miraculum diserte commendavit Beatus Andreas Apostolus, qui (ut supra articulo secundum retulimus) Proconsuli Romano hortanti ut dijs suis immolaret, respondit : Ego omnipotenti Deo, qui verus & vivus est, quotidie immolo, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatam agniam in altari, cujus carnes postquam omnis populus manducaverit, agnus qui sacrificatus est, integer perseverat, & vivus. At non esset miraculum, quod fide perceptum corpus Christi, non sit consumptum, nam fidei manducatio non potest destruere suum objectum : Ergo SS. Patres censent, corpus Christi, non solum spiritualiter, & per fidem, sed etiam verè & substantialiter, à fidelibus in Eucharistiæ usu manducari.

Deinde SS. Patres dicunt esse miraculum omnipotentia Dei, quod corpus Christi quod est in cælo, sit simul in terra, atque in ea varijs locis existat. Ita Concilium Nicænum primum, cap. de sacra mensa, Chrysostomus libro 3. de sacerdotio, ubi sic exclamat : O miraculum ! O Dei benignitatem ! qui cum Patre sursum sedet, eodem articulo temporis, omnium manibus pertractatur. Et homil. 2. ad populum Antiochenum, in fine : Elias melotem Discipulo reliquit : Filius autem Dei ascendens, carnem suam dimisit : sed Elias quidem exiit : Christus autem & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. Basiliius in Liturgia : Veni ad sanctificandum nos, qui sursum Patri confides, & hic nobis invisibiliter coexistis. Demum Gregorius Nyssenus orat. de Paschate : Sicut divinitas replet mundum, & tamen una est, ita innumerabilibus locis corpus Domini consecratur, & tamen unum Corpus est. At non est miraculum omnipotentia Dei, Corpus Christi esse in cælo realiter & corporaliter, & in terra per figuram & representationem : Ergo SS. Patres censent corpus Christi non mysticè, & figurativè, sed verè, realiter, & substantialiter in Eucharistia residere.

Item SS. Patres dicunt fuisse miraculum, quod Christus ferebat se manibus suis, quando dicebat, Hoc est corpus meum : At nullum esset miraculum ferre manibus suis symbolum sui representativum, hoc enim homines facere possunt : Ergo idem quod prius. Minor patet. Major verò probatur ex Augustino in Psal. 33. ubi tractans locum, ubi juxta Septuaginta legimus de Davide 1. Regum 21. ferebatur in manibus suis, subdit : Hoc fratres, quomodo fieri possit in homine, quis intelligat ? Quis enim portatur in manibus suis ? Manibus alienis potest portari homo ; manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligitur, in ipso Davide secundum litteram non invenimus, in Christo autem invenimus ; ferebatur enim in manibus suis, quan-

Aa

quan-

quando commendans ipsam corpus suum ait, hoc est corpus meum, serebat enim illud corpus in manibus suis. Certè quemadmodum nihil hac oratione Augustini luculentius nec elegantius dici potuit, si Christus reipsa & substantialiter in Eucharistia præsens sit; ita nihil absurdius, aut ineptius proferri potuit, si sacramentum Eucharistiae sit tantum figura & symbolum corporis Christi, nullus enim est, qui suis manibus sui symbolum aut effigiem gestare non possit.

41. Præterea SS. Patres dicunt, esse miraculum soli divinæ omnipotentiae, non minus quam creationem cæli & terræ possibile, quod panis efficiatur corpus Christi: Sed ut panis efficereetur corpus Christi, metaphoricè tantum & symbolicè, non esset opus actione divinæ omnipotentiae propriâ, sufficeret enim sola relatio rationis, & institutio; quemadmodum non actione divinæ omnipotentiae, sed solâ relatione rationis, & institutione, Agnus Paschalis, Manna, Panes propositionis, & similia, repræsentabant corpus Christi: Ergo SS. Patres censent, panem per verba consecrationis, verè & substantialiter converti in corpus Christi. Minor pater, Major verò varijs SS. Patrum testimonijs ostenditur: Cyprianus enim scribit de cæna sic ait: Panis iste non effigie sed naturâ mutatur, omnipotentia Verbi factus est caro, &c. Nissenus orat. Catech. cap. 37. Deus hæc dat virtute benedictionis, in illud (corpus nempe Christi) transelementatâ eorum quæ apparent naturâ. Ambrosius lib. 4. de sacram. cap. 4. querit, quomodo fidei persuaderi possit quod accipiat corpus Christi? Et respondet id fieri, quia omnipotenti Verbo Dei, panis incipit esse corpus Christi, qui ante consecrationem erat panis, quemadmodum Verbo Dei factum est cælum, facta est terra &c. Non erat (inquit) cælum, non erat terra, ipse dixit & facta sunt. Et ego tibi dico, ante consecrationem quæ peragitur verbus ipsius Christi, non erat corpus Christi, sed ipse dixit & factum est, ipse mandavit & creatum est. Similia habet in libro de initiandis cap. 9. ubi ait: Fortè dicis, aliud video, & quomodo tu mihi asseris quod corpus Christi accipiam: hoc ergo nobis superest ut probemus, id quod accipis non esse id quod natura formavit, nempe panem, sed maiorem esse vim benedictionis quam naturæ, quia ejus benedictione natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses, projecit eam, & facta est serpens &c. De totius mundi creatione legisti, ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, potest ea quæ sunt in id mutare quod non erat. His adde Gaudentium Brixianum tract. 2. in Exodum, cujus hæc sunt verba: Creator omnium qui omnipotentia suâ de terra panem creat, de pane rursus efficit corpus suum; & qui olim aquam convertit in vinum, vinum jam in sanguinem convertit. Idem fusiùs explicat Damascenus lib. 4. cap. 14. his verbis: Quæsit Virgo, quomodo fiet mihi istud? Respondit Gabriel Archangelus: Spiritus Sanctus superveniet in te. Tu quoque nunc quæris, quomodo panis nunc fiat corpus Christi, & vinum aqua mixtum, fiat sanguis Christi? Tibi quoque respondeo: Spiritus Sanctus superveniet, eaque efficit quæ in orationis facultatem & mentis intelligentiam excedunt. Et post pauca: Quod si quæras quo pacto id fiat, satis tibi sit audire, quod per Spiritum Sanctum id fiat. Quemadmodum ex sancta Dei Matre, per Spiritum Sanctum Dominus sibi ipsi carnem condidit, nec quidquam amplius nobis perspectum & exploratum est, quam quod Verbum Dei est verum, & efficax, atque omnipotens,

ut ea efficiat quæ nulla ratio humana præstat. Quin ne hoc quoque alienum fuerit dicere, quod vinum & aqua, in bibentis ac comedentis corpore sanguinem immutantur: Sic panis & vinum quæ ponuntur in altari, per Sancti Spiritus invocationem & adventum, mirabili modo in Christi corpus & sanguinem vertuntur.

Ultimum argumentum ex SS. Patrum auctoritate desumptum, petitur ex eo quod SS. Patres ex veritate præsentiae realis corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, tanquam a certissimo fundamento, & notissimo fiducialulo, argumentantur contra varios hereticos ad illorum errores confutandos. Sic Hilarius 8. de Trinit. probat contra Arianos, Patrem & Filium esse unum, non tantum unitate voluntatis & affectus, sed etiam unitate reali & naturalis; quia nos cum Filio unum efficiamus, realiter naturali conjunctione corporum, in Eucharistia sacramento: Verè (inquit) abo dominum & verbum carnem sumimus, naturamque carnis suæ sacramentum nobis admiscuit. Et paulo post: Hæc nobis ideo commemorata sunt, quia voluntate tantum unitate heretici Personas Divinas unitas interpretantur, & ad id exemplum unitatis nostræ Deo utuntur: quasi nobis ad Filium voluntate tantum religionis unius, nulla per sacramentum carnis naturalis communionis proprietas indulgetur. Item Similiter lib. 2. contra hereses cap. 2. probat contra Gnosticos, Christum venisse in vera carne, quia (inquit) alioquinque calix Eucharistiae communicatio sanguinis ejus esset, neque panis frangimus, communicatio corporis ejus. Sanguis enim non est, nisi à venis & carnibus, & artem quæ est secundum hominem, substantia. Item Irenæus, Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nyssenus, alijque Patres, simili argumentatione tunc ad probandam carnis resurrectionem, cujus semen accipimus, & jus ad illam spectabile, per conjunctionem realem corporis nostri cum corpore Christi, quæ fit in sacramento Eucharistiae, quod idcirco resurrectionis seminis & immortalitatis antidotum, à SS. Patribus appellatur.

ARTICULUS V.

Ratio Divi Thomæ exponitur.

Res rationes seu congruentias, ad ejusdem veritatis Catholicæ confirmationem adducit D. Thomas hic quaest. 75. art. 1. quarum prima, & præcipua, desumpta ex figuris Eucharistiae quæ fuerunt in antiqua lege, potest disponi. Si Eucharistia sit tantum lignum, figura corporis Christi, nec ipsum continent, non erit præstantior, in ratione sacramenti, quam manna, vel agnus paschalis, aliæque veteris legis sacramenta: Sed hoc dici nequit. Ego Minor pateat, umbra enim & figuræ sunt quæ nobilius & inferius corpore figurato: panis autem, & agnus paschalis, erant umbrae dignæ Eucharistiae, ut passim docet SS. Patres, ut enim Origenes hom. 7. in lib. Numer. Tunc in antiqua erat manna cibis: nunc autem in specie carnis etiam est verus cibus. Et Hieronymus in cap. 1. Epistolæ ad Titum: Tantum interest inter panem propositionis & corpus Christi, quantum inter umbra & veritas.

ARTICULUS VII.

Aliud argumentum desumptum ex disparitate fidelium novi testamenti ab antiquis, in manducatione corporis Christi, ut panis celestis.

Hoc argumentum sumitur ex verbis Christi, 47.
promittentis Joan. 6. se daturum fidelibus novi testamenti carnem suam manducandam, modo aliquo, quo fideles veteris testamenti illam non manducaverunt, ait enim: *Non Moyses dedit vobis panem de caelo sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum. Panis enim Dei est qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur, &c.* Ex quibus verbis constat, fideles novi testamenti, post descensum Christi de caelo, esse quoad manducationem corporis Christi, ut panis celestis, in conditione diversa, ac multo meliori, quam fuerint Patres antiquae legis: Sed talis diversitas salvari nequit, nisi dicatur fideles novi testamenti, realiter & substantialiter manducare carnem Christi adorandam, sub signis sensibilibus panis, & sub speciebus Eucharisticis contentam, sicut Ecclesia Catholica docet: Ergo ita sentiendum est. Major pater, Minor vero subsumpta probatur: quia nisi ita corpus Christi manducemus, fuerunt nobis patres fideles veteris testamenti, quoad illam manducationem, tum quia manducaverunt Manna, & Agnum paschalem, quae, ut ostendimus articulo praecedenti, fuerunt excellentiores figurae corporis Christi, quam panis communis, hominum arte confectus: tum etiam, quia Patres qui Manna in deserto manducaverunt, in Christum crediderunt, subindeque spirituali manducatione per fidem, corpus ejus comederunt: Sed praeter manducationem oralem signorum, & manducationem mentalem corporis Christi per fidem, in quo Patres veteris testamenti, nobis pares fuerunt, nihil aliud restat in quo sumus dispares & dissimiles, nisi realis manducatio corporis Christi: Ergo ut salvetur disparitas inter Patres antiquae legis, & fideles novi testamenti, quoad manducationem corporis Christi, ut panis celestis, & verba Christi supra relata verificentur, dicendum & facendum est, nos verè, realiter, & substantialiter manducare corpus Christi in Eucharistia, & fideles veteris testamenti illud solum figuratiter aut mentaliter per fidem manducasse, juxta illud Apostoli 1. ad Corinthios 10. *Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualement manducaverunt, & omnes eundem potum spiritualement biberunt.* Unde egregiè Ambrosius libro de ijs qui iniantur cap. 7. *Considera ut praestantior sit, panis Angelorum, an caro Christi, quae utique est corpus vitae. Manna illud è caelo, hoc supra caelum. Illud celi, hoc Domini celorum. Illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur; hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque religiosè gustaverit, corruptionem sentire non poterit.* Et ibidem supra dictum discrimen quod inter fideles novae legis, & Patres veteris testamenti reperitur, expendens, sic ait: Illis

Aa 2

aqua

inter imaginem & veritatem, inter exemplaria verorum, & ea ipsa quae exemplaria praefigurabantur. Item Leo Papa sermone 7. de passione Domini sic ait: *Ut ergo umbra cederent corpori, & cessarent imagines sub praesentia veritatis, antiqua observantia novo excludatur sacramento; hostia in hostiam transit, sanguine sanguis auferetur, & legalis festivitas, dum mutatur, impletur: Christi scilicet carne & sanguine substituitis agno paschali, & sanguini ejus.* Major verò in qua est difficultas, & quam negant Haeretici, facile suaderetur. Manna enim quod de caelo cadebat, & Angelorum artificio mirabili fiebat, praestantius erat pane communi, qui de clibano prodit, & manu pistorum fit; perfectius etiam corpus Christi representabat, quam panis, tum quia de caelo erat, Psal. 77. tum etiam quia saporem mirabilem continebat, Sapient. 16. & aequali mensura sumebatur ab omnibus, licet inaequaliter colligeretur, Exodi 16. cum denique, quia incorruptibile erat die sabbati, per quod representabat corpus Christi non corruptendum in sepulchro die sabbati. Idem à fortiori dicendum de agno paschali, nam melius caro Christi, per veram carnem Agni exprimebatur, mors per veram ejus mortem, & sanguis per sanguinem, quam per solum panem, vel panis fractionem: Ergo si Eucharistia sit tantum signum vel figura corporis Christi, nec ipsum contineat, non erit praestantior, sed inferior, & minus perfecta in ratione signi, & sacramenti, quam Manna, & Agnus paschalis, atque veteris legis sacramenta.

Respondent Haeretici, quod licet Eucharistia sit tantum signum & figura corporis Christi, nec ipsum contineat, perfectior tamen est, in rationem sacramenti, Manna & Agnus Paschalis, aliisque veteris legis sacramentis: tum quia significat Christum, ut jam actu existentem, cum tamen veteris legis sacramenta, ipsum ut futurum designarent; tum etiam, quia Eucharistia, & alia novae legis sacramenta, sunt diuturniora, & usque ad consummationem saeculi duratura.

Sed contra primam responsionem sic argumentor: Si Eucharistia non sit praestantior veteris sacramentis, nisi quia est Symbolum Christi actu jam existentis, sequitur totam illam excellentiam esse communem statuis & imaginibus Christi modò depictis, utpote quae etiam representant Christum jam in caelo existentem; & consequenter imagines illas esse praestantiores omnibus sacramentis legis Mosaeicae.

Deinde, Si Eucharistia ideo solum sit praestantior sacramentis veteribus, quia significat Christum jam natum, passum, mortuum, & in caelis regnantem, non erit nobilior Baptismo, utpote quod est signum passionis, sepulturae, & resurrectionis Christi: Sed hoc falsum est, etiam apud Sectarios: Ergo & illud.

Secunda quoque responsio inutilis est, duratio enim ac diuturnitas pertinet solum ad dignitatem accidentariam, nos verò de substantiali hinc agimus, ad quam impertinenter omnino se habet diuturnitas major vel minor: homo enim v.g. quamvis non habeat ita durabilem & diuturnam existentiam, sicut lapides, absolute tamen & simpliciter, est longè nobilior quibuscumque lapidibus.

**

ARTICULUS VIII.

Tres alie rationes breviter expendantur.

aquas de petra fluxit, tibi sanguis est Christo. Illos ad A horam aqua satiavit, te sanguis diluit in aeternum. Iudas bibit & sitit, tu cum biberis, sitire non poteris; illud in umbra, hoc in veritate. Et libro 4. de sacramentis capite 4. Magnum quidem (inquit) & venerabile, quod Manna Iudaeis pluit de caelo, sed intellige quid est amplius, Manna de caelo, an corpus Christi, utique qui est author caeli? Deinde Manna qui manducavit, mortuus est? qui manducaverit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, & non morietur in aeternum. Similia docet Salvianus libro 2. ad Ecclesiam, his verbis: Iudaei quippe habebant quondam umbram, nos veritatem: Iudaei Manna manducaverunt, nos Christum: Iudaei carnes avium, nos corpus Dei: Iudaei pruinam caeli, nos Deum caeli.

Respondent primo Haeretici, apud Bellarminum libro 1. de Eucharistia cap. 4. discrimen fidelium novi testamenti ab antiquis esse in eo situm, quod fidelibus novae legis detur signum sensibile repraesentans clarius corpus Christi, puta cum verbis, quibus non constabant sacramenta veteris testamenti.

Sed haec solutio facile refellitur, tum quia Manna & Agnus paschalis longè melius & clarius repraesentabant corpus Christi, ut articulo precedenti ostensum est: tum etiam, quia cum Christus panem à se dandū præfert manna, non in eo præfert, quod panis à se dandus, repraesentet clarius corpus suum, quam manna; sed in eo præfert, quod manna erat tantum manna, at panis quem daturus erat, est ejus caro.

Respondent secundo, Christum loco citato solum velle, quod fideles veteris testamenti non manducaverunt carnem suam, ut panem caelestem, vi legis, & ministerio Moysis; at non negare, quin eam manducaverint dono Patris caelestis, & suo.

Sed hoc etiam effugium facile potest confutari: Nam si Christus nihil aliud voluisset dicere, quam viventes sub veteri testamento non manducasse panem Caelestem, vi legis præcisè, Christus esset locutus tantum de illis qui non habuerunt tunc fidem vivam, per quam participarent promissionibus Christi, & ejus benedictionibus, sed haeserunt tantum in signis exterioribus, & in vi materiali legis; illi enim soli non manducaverunt per fidem Christum, ut panem caelestem: At Christus loquitur de omnibus fidelibus veteris testamenti, ait enim, universaliter: Patres vestri manducaverunt manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, vivet in aeternum. Ergo Christus asserit Patres veteris testamenti, etiam fide vivā, præditos, non manducasse corpus suum, quemadmodum nos illud in lege nova manducamus: Ergo illud manducamus aliter quam fide, vel quam in signo, cum Patres veteris testamenti illud per fidem & in signo spiritualiter manducaverint, ut disertè docet Augustinus Tractatu 26. in Joan. his verbis: Manducavit manna & Moyses, manducavit manna & Aaron, manducavit manna & Phinees, manducaverunt ibi multi, qui Domino placuerunt, & mortui non sunt. Quare? Quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustaverunt, ut spiritualiter satiarentur. Quare obstupuit Princeps Wirtembergensis, cum audivit à Beza in colloquio Monpelgattensi, non alio modo nos uniri carni Christi per Eucharistiam, quam Patres antiquos per manna, id est spiritualiter, & per solam fidem.

Prima sumitur ex alijs mysterijs nostrae fidei, quae admittuntur ab Haeticis, nimirum mysterio Trinitatis, Incarnationis & Resurrectionis: ex his enim tribus mysterijs breviter ostendendum est, in Eucharistia mysterio, non creditur ab Orthodoxis, nullam prorsus inveniendi repugnantiam, ut causantur haeretici, subinde immerito ejus existentiam negare, cum, supposita illius possibilitate, illud Dei bonitatis summo quo prosequitur homines amoni, & convenientissimum, nec sit indecens ejus majestati, ut ex solutione argumentorum patet. Sic ergo potest argumentum proponi. Si esse impossibile Christum, verè, realiter, & substantialiter sub speciebus Eucharisticis existeret, hoc repugnaret ex eo quod mutata tota substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi, accidentia panis & vini remaneret, ne subiecto; vel ex eo quod totum corpus Christi contineretur sub minima quantitate, non occupans locum, sed modo indivisibili sub speciebus existens; vel denique ex eo quod corpus Christi remanens in caelo, esset tamen simul in pluribus alijs & distantibus locis: Sed in nullis istorum trium est repugnantia, vel implicatio. Ergo Christum verè, realiter, & substantialiter sub speciebus Eucharisticis existeret, nulla ex parte repugnat. Major patet, haec enim tria detaxat in isto sacramento videntur repugnantia involvere. Minor verò probatur, quantum ad singulas partes. Et in primis quod non repugnet ex primo capite, ostenditur ex mysterio Incarnationis: Non minus enim est de ratione substantiae, & naturae completa, per se subsistere, & propria substantia terminari, quam de ratione accidentis, alicui subiecto inherere: Ergo si non obstat quod substantia ex natura sua possit per se subsistere, nihilominus virtute divina humanitas Christi sustentatur in alieno supposito, scilicet in supposito Verbi Divini: ita ut reversa, licet natura accidentis sit substantia inherere, illudque ex sua natura exigit ab aliquo subiecto fulciri & sustentari, poterit tamen supernaturaliter, & de potentia Dei extraordinaria, per se subsistere, sive existeret, ab eo quod sustentetur ab ulla substantia.

Quod verò ex secundo capite (ex eo nimirum quod corpus Christi sub minima quantitate, & modo indivisibili sub speciebus Eucharisticis contineatur) nullam mysterium Eucharistiae involvat repugnantiam, colligitur ex eodem Incarnationis mysterio, in quo Verbum Divinum immensitatem suam parvulo corpulculo quasi inclusit, sicut Eliseus corpus suum corpori parvuli aptavit, ut vivificaret illud: cur ergo non poterit similiter corpus Christi, cum suis dimensionibus, virtute divina redigi ad punctum, & carere extensione locali, praefertim cum occupatio loci sit effectus tantum secundarius quantitatis, atque adeo extra ejus essentiam: unde Christus, illa claustra Virginis, ex ejus utero prodijt, & clauso lapide egressus est de sepulchro, & clausis januis coenaculi ingressus est.

Demum quod ex tertio capite non repugnet ex eo nempe quod idem corpus sit in pluribus locis, & sacramentaliter in pluribus hostijs producat

ducatur, ex mysteriis Trinitatis & Resurrectionis colligitur, cum fide certā credamus, eandem numero naturam subsistere in tribus personis realiter inter se distinctis, & unum & idem individuum in resurrectione generali fore reprodacendum.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Magis difficilia sunt, & sensibus repugnantia, tria illa mysteria, quā præsentia realis corporis Christi in Eucharistia: Ergo cum aliunde æquē expresse habeatur in Scriptura istud, ac habeantur illa, æquē admitti debet. Consequentia pater, Antecedens verò probatur primò de mysterio Trinitatis, quia quod una natura in tribus personis realiter distinctis existat, mirabilis est, quā quod unum corpus existat in pluribus locis, in uno circumscriptivè, & in aliis sacramentaliter, sive substantialiter; nam hoc corpus cum illis locis nullo modo identificatur, bene tamen natura divina cum tribus personis, realiter inter se distinctis: minùs autem repugnat servare suam unitatem in pluribus locis à se realiter distinctis, quā eandem numero naturam subsistere in tribus personis ei identificatis, & inter se realiter distinctis. Secundò, quoad mysterium Incarnationis: cum enim major sit unio inter substantiam Verbi, & naturam divinam, quā inter locatum & locum, magis incomprehensibile est, quod in Incarnatione per assumptionem humanæ naturæ ad personalitatem Verbi, non confundantur natura divina & natura humana, vel non dividatur hypostasis, quā quod idem corpus Christi sit modo dicto in pluribus locis. Tertiò quantum ad mysterium Resurrectionis, quia magis difficile apparet, quod unum & idem individuum bis fiat, quā quod idem numero corpus sacramentaliter in pluribus hostiis vel producat vel existat; si enim per creationem & resurrectionem bis sit homo, sit duplici actione: si autem sit duplici actione, quomodo est idem homo?

Secunda ratio sumitur ex usu Eucharistiæ, & fundatur in verbis Apostoli 1. ad Corinthios 11. *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Ex quibus sic formatur argumentum: Apostolus gravat facilegiō & Deicidio omnes illos qui cum peccati mortalis conscientia recipiunt Eucharistiam, & dicit eos sibi judicium sumere, quia non discernunt corpus Christi. Vel ergo sunt rei illorum criminum, quia revera corpus Christi sumunt indigne; vel quia tractant indigne Eucharistiam, secundum quod est signum & figura corporis Christi: Si primum dicatur, habemus intentum, nempe corpus Christi verè & realiter, & non figurativè tantum contineri in Eucharistia. Secundum verò dici nequit: Primò, quia Manna & Agnus Paschalis in lege veteri erant signum & figura corporis Christi, & tamen nunquam auditum est, eos qui indigne hujusmodi sacramenta recipiebant, fuisse reos Corporis & Sanguinis Christi. Secundò, quia si reverentia erga Eucharistiam secundum quod est figura corporis Christi, reum facit peccati mortalis, sequitur contra doctrinam Adversariorum, quod imaginibus Christi debetur aliquis cultus. Et certè mira est inconstantia Calvinistarum, qui putant se obsequium & honorem Christo & ejus Sanctis præstare, cum eorum imagines demoluntur, & tamen summum facilegiū putant indigne sumere figuram

Tom. V.

A corporis Christi, eò quod injuria tali imagini illata, redundet in eum quem representat.

Hæc ratio illustrari & confirmari potest ex testimoniis SS. Patrum, qui prædicta Apostoli verba ponderantes, apertè docent iis significari, illos qui indigne ad sacram mentis accedunt, gravem ipsi corpori & sanguini Christi irrogare injuriam. Ambrosius in cap. 10. ad Hebræos ait quod hoc peccato conculcatur corpus Domini. Cyprianus serm. de lapsis, quod vi inferitur corpori Domini, & ore ac manibus in Dominum delinquitur. Theodoretus in cap. 11. Epistolæ ad Corinth. hæc scribit: Illud autem, reus erit corporis & sanguinis, hoc significat, quod quemadmodum tradidit illum Iudas, ipsi autem insultant Iudæi, ita cum ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum ejus corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum os immittunt. Demum Chrysostomus homil. 2. 7. in 1. ad Corinth. hæc habet: Per hoc autem quod frequenter ait, *Corporis & sanguinis Domini*, manifestat quod non sit nudus homo qui immolatur, sed ipse Dominus & factor omnium, ut videlicet per hæc ipsos exterreat.

Tertium argumentum est ad hominem, & sumitur ex doctrina ipsius Calvini: ille enim libro 4. instit. cap. 17. §. 10. & 32. docet Eucharistiæ sacramentum esse maximum arcanum Spiritus sancti, incomprehensibile, ac tantum, ut ejus magnitudine animus obruatur. Item in libro de optima ineundæ concordie ratione folio 863. sic ait: *In sacra cena miraculum agnoscimus, quod & naturæ fines, & sensus nostri modum exuperat.* At hæc ineptè dicuntur, si Eucharistia sit tantum figura vel signum corporis Christi; siquidem hoc facillimè capi potest, nec est adeò stupendum, neque in eo ullum apparet miraculum, quod naturæ fines transcendat, & intellectus nostri modum & intelligentiam superet: Ergo sacramentum Eucharistiæ (juxta doctrinæ Calvini principia) non solum debet esse signum vel figura corporis Christi, sed illud realiter & substantialiter continere; hoc enim est maximum arcanum Spiritus sancti, incomprehensibile, ac tantum, ut ejus magnitudine animus obruatur, & miraculum quod & naturæ fines, & sensus nostri modum exuperat.

ARTICULUS IX.

*Præcluditur aditus solitæ evasioni & fraudi
Hæreticorum,*

Calvinistæ ut vim argumentorum quæ proposuimus declinent, & testimonia Conciliorum & SS. Patrum, quæ supra retulimus, eludant: plerumque afferunt, se omnino credere quod corpus Christi verè & realiter sumatur in Eucharistia. Ita loquitur Calvinus 4. instit. cap. 17. §. 32. ubi habet hæc verba: *In sacra sua cena jubet me Christus sub symbolis panis & vini corpus ac sanguinem suum sumere; non dubito quin & Christus verè porrigat, & ego recipiam.* Et §. 33. Falso (inquit) jactant, quia docemus spirituale esse manducationem, non esse veram & realem. Similia habentur art. 17. Calvinianæ confessionis, ubi sic dicitur: *Præsentiam veram realem Christi Domini confitemur, At illam quam fides nobis offert, non autem quam excogitata docet transubstantiatio.*

Verum hæc responsio, seu potius elusio & fraus hæreticorū, multipliciter confutari potest.

Aa 3

Pri-

Primo quidem ex doctrina ipsorum Calvinistarum illi enim asserunt fideles veteris testamenti manducasse corpus Christi, eodem specifico modo, quo volunt nos illud in Eucharistia manducare. Sic interpretantur Apostolum 1. ad Corinth. 10. asserentem fideles veteris testamenti eandem escam manducasse, & eundem potum bibisse, id est (inquiunt) eandem quam nos nunc manducamus ac bibimus: Atqui certum est fideles veteris testamenti, non potuisse realiter uniri corpori Christi, cum illud nondum existeret, & omnis unio realis inter duo extrema, utraque realiter existere postulet: Ergo manducatio, & unio cum Christi corpore, quam Calvinistae in Eucharistia habere dicunt, non potest dici realis.

57. Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Res futuras & nondum existentes non possumus attingere, nisi apprehensione mentis intentionali: Ergo fideles veteris testamenti, non nisi apprehensione mentis attingere poterant corpus Christi nondum existens: Ergo illa unio cum Christi corpore quæ erat in veteri testamento, realis non erat: At ex Hæreticis nostra unio cum Christi corpore in Eucharistia, & nostra manducatio, est eadem specificè ac ea quæ fuit fidelium in veteri testamento: Ergo realis dici nequit.

58. Secundò, Hæretici asserunt manducationem Christi in Eucharistia, seu unionem cum Christi corpore quæ fit in Eucharistia, non in ea sola fieri, sed factam esse etiam in Baptismo & confirmari in acceptione per fidem Evangelii, Christum nobis annuntiantis. Ita habetur in Catechismo Calvinistarum Dominica 1. ubi Minister interrogat: *Hæc communio fit ne tantum in cæna?* Et puer respondet: *Nequaquam, habetur enim per Evangelii prædicationem.* Subjungit Minister: *Quid ergo amplius habemus in cæna?* Respondet puer: *Communio nostra cum Christo, amplius in ea confirmatur.* Eadem docet Calvinus 4. instit. cap. 17. ubi apertè proficitur, unionem cum Christi corpore quæ fit in Eucharistia, non differre specificè & substantialiter, ab ea quæ fit in Baptismo, vel in Evangelii acceptione per fidem. At unio cum Christo quæ fit in Evangelii acceptione, non potest dici realis, est enim unio fidei, quæ est quidem realis operatio animæ, sed non unio realis cum Christi corpore; siquidem unio mentalis cogitationis vel affectûs, fertur in objecta toto cælo à nobis remota, sæpe nondum existentia, & fortè nunquam futura; unio verò cum re non existente, non est realis; unio quippe realis & actualis, utriusque extremi existentiam præsupponit: unde in Christum nondum existentem credebant Patriarchæ antiquæ legis, ei tamen actû & realiter non uniebantur; & nos credimus futura, ut resurrectionem mortuorum, & vitam æternam, & tamen illis objectis realiter non unimur; nec ea realiter possidemus: Ergo unio Calvinistarum per fidem cum Christi corpore in Eucharistia, realis unio cum Christo dici nequit: per unionem enim fidei, objecto fidei realiter non unimur.

59. Tertiò, SS. Patres suprà art. 4. relati, asserunt quòd per Eucharistiæ perceptionem Christus verè nobis communicetur, & non per fidem tantum, sed etiam re ipsa nobis unitur; talemque unionem similem esse asserunt illi, quæ una cera liquefacta, alteri similiter liquefactæ unitur, & quæ fermentum farinæ cui injectur commisce-

A tur: Ergo censent unionem quam habemus cum Christo in Eucharistia, non dici realem, quòd fiat per fidem, ut docent Calvinistæ, sed ex eo quòd verè & substantialiter corpus Christi, mediantibus speciebus Eucharistiæ, in hominem & viscera nostra, per veram & realem manducationem descendat. Unde Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 4. *Sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur tibi sanguis.* Id est Christus in membris nostris capitur. Similiter etiam Nyssen orat. Catech. cap. 1. *Cum nihil (inquit) possit esse intra corpus nostrum, nisi per escam & potionem misceatur visceribus nostris, Christus carnem suam manducandam nobis dedit, & sit in visceribus.*

B Demum SS. Patres apertè docent, fieri transubstantiationem panis & vini, in corpus & sanguinem Christi, per verba consecrationis: Ergo fallum est quòd dicunt Calvinistæ in suo Catechismo, nimirum præsentiam veram & realem Christi Domini in Eucharistia, eam esse quam des offert, non autem quam excogitata docet transubstantiatio. Consequentia patet, Antecessor verò testimoniis SS. Patrum suadet. In primis enim Ambrosius libro 4. de sacramentis cap. 1. sic ait: *Tu forte dicis meus panis est usuratus, sed panis iste panis est ante verba sacramentorum, non accipitur consecratio. de pane fit caro Christi.* Et rursum cap. 2. *Antequam consecraretur panis esset, ubi autem verba Christi accesserunt, corpus est Christi.* Denique autem dicitur: *Accipite & edite ex eo omnes.* Hoc est corpus meum. Et ante verba Christi, calix est vini & aquæ: nunc ubi verba Christi operata fuerint, hic sanguis est qui plebem redemit. Et libro de mysteriis canticis cap. 9. *Quantis (inquit) nimirum exemplis probemus non hoc esse quòd natura format, sed quòd benedictio consecravit; majoremque esse vim benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur: Virgam tenebat Moyses, præcurrens, & facta est serpens. Postea narrat multa alia miracula Moysis, Eliæ, & Elizei, tandemque licet concludit: *Quòd si tantum valuit humana benedictio naturam converteret, quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur? Nam sacramentum istud quòd accipis, Christi corpus conficitur. Quòd si tantum valuit sermo Eliæ, ut ignem de cælo deponeret, non valeret Christi sermo, ut species muret elementorum?* De totius mundi scripturis legitur: *Quia ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt.* Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quòd non erat, non potest ea que sunt in id mutare quòd non erant? Non cum murescit novæ rebus dare, quam mutare naturas. Ubi tam apertè loquitur de transubstantiatione, seu mutatione panis in corpus Christi, ut inima impudentia sit id negare, vel revocare in dubium.*

E Non minùs clarè docet illam Cyprianus, vel Author sermonis de cæna Domini, quem antiquum aliquem & doctissimum Patrem fuisse, dicentem Hæretici: sic enim sermone illo dicitur: *Panis iste quem Dominus Discipulus percipit, non effigie sed naturâ mutatus, omnipotentia verbi factus est caro.* Item Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 4. mytagogicè apertè pertransubstantiationem panis in corpus Christi, & solis species panis remanere post eam transubstantiationem asserit. Ejus verba sunt: *Christus aquam aliquando mutavit in vinum, quòd est sanguis propinquum, in Cæna Galilææ, solâ voluntate, &*

non erit dignus cui credamus, quod vinum in sanguinem
transmutatur. Quare omni cum certitudine corpus &
sanguinem Christi sumamus: nam sub specie panis da-
tur tibi corpus, & sub specie vini datur sanguis. Simi-
li docet Nyssen orat. catechet. cap. 37. ubi sic
ait: Recte ergo nunc quoque Dei verbo sanctificatum
panem in Dei Verbi corpus credo transmutari. Et pau-
lo post: Hoc autem dat virtute benedictionis, in illud
transsementatâ eorum quæ apparent naturâ. Da-
masceus etiam 4. libro de fide cap. 14. transub-
stantiationem clarissimè docet, his verbis: Panis,
vinumque, & aqua per invocationem & adventum
spiritus sancti, supernaturaliter transmutatur in cor-
pus & sanguinem Christi. Theophilactus quoque
in caput. Joannis illam apertè tradit, dicens:
Transformatur arcanis verbis panis ille per mysticam
benedictionem, & accessionem sancti spiritus, in carne
Domini. Denique Eusebius Emisenus, vel potius
Eucherius Lugdunensis, homil. 5. de Paschate,
aliquantè post initium, hæc habet: Invisibilia Sa-
cerdos visibiles creaturas in substantiam corporis &
sanguinis sui, verbo suo, secretâ potestate, convertit. Et
in fine, Ut tibi novum & impossibile non debeat vide-
ri, quod in Christi substantiam, terrena & mortalia
commutentur. Addit ibidem: Quando benedicenda
verba celestibus creatura sacris altaribus imponuntur,
antequam invocatione summi Numinis conferantur,
substantia illis est panis & vinum: post verba autem Chri-
sti, corpus & sanguis est Christi. Quid mirum autem,
si ea quæ verbo creare potuit, possit creata convertere?
Imo jam minoris videtur esse miraculi, si id quod ex
nihilò agnoscitur condidisse, jam conditum in melius
valeat commutare. Require quid ei potest esse diffi-
cile, cui facile fuit visibilia & invisibilia voluntatis im-
perio suscitare. Quo nihil clarius & expressius pro
transubstantiatione dici potest. Unde pater
mentiri Calvinum, cum libro 4. instit. cap. 17. §.
14. asserit illam non ita pridem excogitatam esse,
& primis illis sæculis quibus prior adhuc vige-
bat religionis doctrina, fuisse ignoratam. Nam
Patres quos citavimus, antiquissimi sunt, & plu-
res ex illis tertio & quarto sæculo floruerunt. Tur-
pius adhuc erravit Lutherus, cum in libro de
captivitate Babylonis cap. 1. dixit transubstan-
tiationem esse inventum S. Thomæ, & opinio-
nem Thomistarum, eamque fuisse approbatam
à Papâ in cap. Firmiter. Siquidem S. Thomas
nondum natus erat, cum editum fuit caput il-
lud, & Concilium Lateranense celebratum.
Constat enim illud Concilium anno 1215. fuisse
celebratum, sanctum verò Thomam natum
postea anno 1224.

ARTICULUS X.

*Hæreticorum testimonii, Calvinii hæresis
refellitur.*

Cum Novatianus cap. 18. de Trinit. rectè di-
xerit, firmum esse genus probationis quod ab Ad-
versariis sumitur, ut veritas etiam ab ipsi inimicis ve-
ritatis probetur: placet hic referre quædam hære-
ticorum testimonia, quibus Catholica veritas de
reali Christi præsentia in Eucharistia confirma-
ri potest.

61. In primis ergo Lutherus, quem ipsi etiam
Calvinista, virum Sanctum, & à Deo ad refor-
mandam Ecclesiam electum, agnoscunt, tam
clare & apertè realem corporis & sanguinis
Christi sub speciebus Eucharisticis præsentiam

A docet, ut de hoc nullas dubitationi locus super-
sit. Nam in Epistola ad Argentinenses hæc scri-
bit: Vellem quod posset mihi aliquis persuadere, nihil
esse in Eucharistia, præter panem & vinum, magno ille
beneficio me devinceret; jam sepe gravibus curis in hac
materia defudavi: verum ego me captum video, nulla
elabendi via relicta est, textus Evangelii nimis est aper-
tus. Et in sermone de Eucharistia tomo 7. accitet
in Sacramentarios invenitur, eò quod realem
corporis Christi in Eucharistia præsentiam ne-
gent: Satanæ (inquit) haud dubie author est eis hu-
jus sacramenti Eucharistia labefaciendi ac everendi;
contendens plane, epoto ovo, nobis tantum relinquere
putamina: hoc est, Christi corpus & sanguinem è pane
& vino tollere, ut præter simplicem panem à pistore con-
fectum, nihil reliquum remaneat. Item in Apologia
de cœna Domini hæc habet: Rogamus Sacramen-
tarios ne petant à nobis ut illum textum probemus (Hoc
est corpus meum) possunt enim ea de re consulere
pueros vix septem annos natos, qui in scholis istorum
verborum syllabas colligere discunt; siquidem Biblia
Græca, Hebræica, Latina, & Germanica extant, aut
hoc ipsi agant; ostendant Biblias in quibus scriptum est,
Hoc est corporis mei signum. Quod si non possunt
præstare, imponant aliquantisper suo conscientium, &
imperent stylo suo quietem, donec ejusmodi Biblia in
medium afferant. Et rursus ibidem in eds stylium
acuens, subdit: Doctor Carlostadius, ex his sacrosan-
ctis vocabulis, Hoc est corpus meum, misere distor-
quet pronomen, Hoc. Zuinglius autem verbum sub-
stantivum, Est, macerat. Oecolampadius nomen, Cor-
pus, torturæ subicit. Alii totum textum excarnifcant,
& invertunt vocabulum, Hoc, ex primo in postero-
rem locum deturbantes, & dicunt: Accipite, come-
dite, corpus meum quod pro vobis datur, est
Hoc. Alii dimidiam partem textus crucifigunt, &
vocem, Hoc, in medium collocant, & inquirunt: Accipi-
te, comedite, quod pro vobis datur, Hoc est cor-
pus meum. Alii sic obruncant, Hoc est corpus
meum ad mei commemorationem: Id est, corpus
meum hic non debet adesse reipsa, sed tantum comme-
moratio mei corporis, ut textus sonet. Accipite, comedi-
te, hoc est corporis mei commemoratio quod pro vobis
datur. Demum in libro de abroganda missa, lon-
gam ait se habuisse disputationem cum Damone,
qui sophysticis argumentis contendebat, Chri-
stum non adesse sub sacris speciebus, à quo tamē,
ut ipse ibidem testatur, convinci non potuit.

Potest etiam in confirmationem Catholicæ
veritatis adduci quod ex Zuinglio refert Bellar-
minus libro 3. de Eucharistia capite 8. ubi ait
quod tantus de reali Christi in Eucharistia præ-
sentia erat in orbe terrarum consensus, an-
tequam Carlostadius & Zuinglius apparere cœ-
pissent, ut Zuinglius scribat in commentariis
de vera & falsa religione, cap. de Eucharistia, se
valde occultè initio egisse, & cum patricis ami-
cis contulisse negotium istud novi dogmatis
proponendi: metuebat enim ne omnes offende-
ret, cum nullum omnino sciret esse ejus senten-
tiæ, quam ipse invehere in Ecclesiam cogitabat.
Unde idem Zuinglius ibidem pag. 214. edit, Ti-
guri. ait Augustinum non ausum fuisse palam
proferri corpus Christi esse tantum figurativè
in Eucharistia, quia tunc temporis invaluerat
opinio de reali corporis & sanguinis ejus præ-
sentia in hoc sacramento: Facile (inquit) ad-
ducimur, Augustinum præ aliis acuto perspicacique
ingenio virum, sua tempestate non fuisse ausum di-
sertè veritatem proloqui, quæ jam casum magna parte
dede-

63. dederat. Vidit omnino pius homo quid hoc sacramentum esset, & in quem usum esset institutum. Verum iuvauerat opinio de corporea carne.

Demum Erasmus in Epistola ad Conradum Pellicanum, Catholice veritati, de reali corporis Christi in Eucharistia presentia, apertissime favet, & ab ea senullatenus unquam dimoveri potuisse testatur. Ad id (inquit) negavi semper me posse animum inducere, præsertim cum Evangelica atque Apostolica littera tam evidenter nominent corpus quod datur, & sanguinem qui effunditur. Et infra: Si tibi persuasum est in synaxi nihil esse præter panem & vinum, ego membratim discerpi malim, quam profiteri idem quod tu profiteris, & omnia perpeti malim, quam tali flagitio contra meam conscientiam admisso, ex hac vita demigrare.

Porro Erasmus dubie fidei author creditur, & quem Catholice religionis amor non admodum urgebat, ut in ejus defensionem veller suam sententiam, tuosque sensus regere. Unde quidam acutè & lepidè, ad nomen Desiderii, quo Erasmus nuncupabatur, alludens, scripsit hos versus.

*Queritur, Erasmus dum sese vertit ad omnes:
Sit ne Roma tuus, sit ne Luthere tuus?
Cujus sit generis merito dubitatur Erasmus.
Sed desiderium nullius esse puto.*

Nihil ergo gratiæ tribuisse existimandus est: imò nimium hæreticis favit, quibus proluisse videtur, ut verè quidam dixerit: Vbi innuit Erasmus, irruit Lutherus: alter vetò, Erasmus ova fovisse, Lutherum exclusisse, affirmavit.

ARTICULUS XI.

Primum argumentum realis presentie corporis Christi in Eucharistia, ex recenti miraculo.

64. PRÆter argumenta quæ fuscè satis explicata sunt, aliud addi posset sumptum ex variis miraculis, quibus veritatem hujus sacramenti Deus sæpius confirmavit: Sed hæc quia vel notissima sunt, vel ea hæretici negant, & rident, statueram prætermittere. Verum non possum prætereire illud miraculum, quod hic in Galliis, dum hæc scriberem, contigit, & religionis causam prodidisse me putarem; nisi argumento uterem, quo Deus veritatem hujus sacramenti voluit comprobare, & quod velint nolint hæretici non negabunt, cum in hujus fidem testes advocari possint, tum plurimi qui aderant, tum universæ Galliæ ad quas nedum incerta fama, sed & certissimum testimonium pervenit ex Epistola Episcopi Andegavenfis. Res ita contigit. Est vicus in diœcesi Andegavenfi, quem vulgò vocant *les Vignes de Saint Florent*, propè Salmurium. Ibi die secundâ mensis Junii hujus anni 1668. quæ erat dies Sabbathi intra Octavam Corporis Christi, cum ad Salutem decantandam omnes convenissent, dum à Parrocho hic versus elatâ voce inchoatur, *Verbum caro panem verum, &c.* visa est loco Hostiæ, integra species hominis. Advertit id statim Parrochus, & vocatis qui aderant, propius accedunt, adeo ut faciliè & figura & lineamenta notari potuerint. Erat capillis subnigris, & ad humeros defluentibus, splendidâ facie, majestare supra humanam, in-

A fertis in modum crucis manibus, quatuordecim strâ dextera apposita erat, totumque circumdabatur. Hæc ita per horæ quadrantem circumspiciuntur à Parrocho, & ceteris qui aderant, & probandum miraculum propius accedunt. Postea cœpit parva quadam nubes totius hominis speciem involvere, & ab intus oculis subducere, ac demum nube paulatim aëra abeunte, Hostia in propria figura, & colore statu quo erat antea, remanuit. Statim hujus nuntium delatum est ad Episcopum Andegavensem, qui in eum locum se contulit, ut in jus certior fieret, & Parrochi, aliorumque personarum depositionibus exceptis, summaque gentiâ adhibita, hujus miraculi fidem testis Epistolâ Pastoralis, quæ per Galliâ delata, ubique sparsa est, ut jam planè infanti esset hominibus, ita contigisse velle negare.

Nolui hoc miraculum prætereire, quod in nostrâ ætate, sed & superiori mentis hæc scribo contigit, ne calumnientur hæretici nos miracula dubie fidei asserere, aut quodam pejus, supposita fingere. Sed præterea instantias temporis, quod hoc miraculum contigit, animadverti velim, quæ sane probant. Dum hujus presentie malo remedium adhibere: Etenim miraculum hoc contigit, cum non multo ante vulgatus fuisset liber gallico idiomate scriptus contra realem Christi presentiam in Eucharistia, cujus elegantia plura ingenia corrupti potuissent, & sub eodem tempore, quodam tici ad suam Synodum celebrandam conveniebant Salmurium, quod parvo intervallo, & diebus duntaxat leucis distat ab eo vico in quo miraculum contigit. Nisi hæretici tenebræ amant, agnoscent veritatem hujus mysterii, quod Ecclesiâ defendit, quod Deus miraculo probat.

ARTICULUS XII.

Solvuntur argumenta Hæreticorum, desumpta ex sacra Scriptura.

OBJICIUNT primò hæretici verba illa Cant. Joan. 6. ubi murmurantibus Capharnaitarum quod Christus dixisset, *Caro mea non est caro*. Respondet Christus: *Spiritus est qui vivificat, non prodest quidquam: verba qualitercumque sunt, Spiritus & vita sunt.* Quibus verbis congeritur error Capharnaitarum, qui dicitur: *Populus iste existimabant carnem Christi realiter esse manducandam, monendo ipsos, spiritum tantum, & solâ fidem, ab eis esse sumendam.* Hoc est potissimum Zuinglii fundamentum, in libro de vera & falsa religione cap. de Eucharistia, ubi hoc argumentum, *murum aëneum, & aliam rem infractum* appellat.

Verum murus ille, non æneus, sed luteus, facile potest everti: respondetur enim, ideo verba illa protulisse Christum, ut falsam imaginationem Capharnaitarum corrigeret: cum enim existimarent, carnem Christi in propria specie & more communi edendam, mortuum scilicet, & divisam in frustra, ut bubule carnes & vacinæ edi solent; opus fuit ut Christus explicaret modum quo ipsum edi oporteret, nimirum taliter quidem; non tamen in propria specie carnis, sed aliena; propter quod dixit, *Caro non prodest quidquam*, id est caro carnaliter accepta.

sub forma carnis, eo pacto quo carnem animam sumitis: sed verba quae locutus sum vobis Spiritus & vita sunt, continent enim spiritualem hunc, vivificum, & reconditum sensum, quod caro Filii hominis manducanda vobis erit, sumendo eam sub aliena specie, & tamen credendo eam veram Christi carnem esse. Velut explicat Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Joan. a cap. 14. ad 22. Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam: id est, caro mea, si esset putet carnis humana, non proderet, sed quia conjuncta est Spiritui, id est, Verbo unita hypostaticè, proderit vobis. Eodem modo verba illa explicat Augustinus tract. 27. in Joan. ubi sic ait: Caro non prodest quidquam, sed quomodo illi (scilicet Capharnaïca) intellexerunt, carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilanatur, aut in macello venditur, non quomodo Spiritus vegetatur. Accedit Spiritus ad carnem, & prodest plurimum, nam si caro non proderet, verbum caro non fieret. Et paulo post: Sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego ad manducandum carnem meam. Non ergo adamantinum, sed vitreum est, illud haereticorum fundamentum, ut enim ejusdem Augustini verbis utar (serm. 11. de verbis Apostoli: Lucet quidem veritate, sed frangitur veritate).

Obijciunt secundò haeretici: Apostolus 1. ad Corinth. 10. & 11. appellat Eucharistiam panem: Ergo non est corpus Christi. Item haec verba Marci 14. Non bibam amodo de hoc genere vitis, donec bibam illud novum in regno Dei, dicta sunt à Christo, post consecrationem calicis: Ergo est adhuc vinum post consecrationem.

Respondeo Eucharistiam, licet sit corpus & sanguis Christi, panem & vinum interdum in Scriptura appellari. Primum quia facta est conversio panis in Corpus Christi, & vini in sanguinem: Scriptura verò solet eum terminum qui per conversionem existit, appellare nomine termini seu rei ex qua facta est conversio. Sic Genes. 2. Eva vocatur os, quia ex osse per conversionem facta erat. Et Exodi 7. serpens factus ex conversione virgae Moysis, vocatur virga. Item Joan. 2. vinum factum ex conversione aquae, vocatur aqua. Secundò, quia Eucharistia retinet similitudinem & accidentia panis & vini, vocari potest panis & vinum; sicut in Scriptura Genes. 18. & Actuum 1. Angeli qui habebant exterius speciem hominis, vocantur viri. Tertiò, cibus in Scriptura vocatur panis, unde cum caro Christi in Eucharistia, sit verus animae cibus, ipso attestante Joan. 6. Caro mea verè est cibus, non mirum quod illa interdum nomine panis designetur, sicut & sanguis nomine vini. Per quod patet ad locum Marci: maxime quia verè species vini sub quibus continebatur sanguis Christi, erant ex vitis genimine.

Obijci tertio Molinæus in Clypeo fidei parte 2. sect. 25. & sequentibus, primæ editionis: Ex Evangelio constat, Christum accepisse panem, & benedixisse, fregisse, ac dedisse Discipulis suis, dicendo: Hoc est Corpus meum: Ergo id quod Christus dabat Discipulis, erat panis simul & Corpus Christi; panis quidem realiter, id est significativè; alioquin enim (inquit) falsa erit illa pars narrationis, quæ dicit Evangelista, Christum panem accepisse, fregisse, & dedisse.

Confirmat hoc argumentum primum, quia cum Christus dicens, hoc est corpus meum, addiderit, teste Paulo 1. ad Corinth. 11. quod pro vobis frangitur, corpus Christi non est in Eucharistia, nisi eo modo quo frangitur: Sed frangitur in Eucharistia.

Tom. V.

stia tantum significativè, non verò realiter: Ergo non est in Eucharistia realiter, sed tantum significativè.

Confirmat secundò: Verba illa Christi, Hoc est corpus meum, sunt sacramentalia, quandoquidem Christus ea proferendo, sacramentum instituit: Sed sacramentum est in genere signi: Ergo (inquit Molinæus) non nisi de signo sui corporis locutus est Christus, signoque tribuit nomen rei significatæ.

Ad objectionem respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam: veritas enim narrationis Evangelicæ, requirit ut id quod Christus dedit Discipulis, fuerit verè panis & corpus Christi, non quidem simul, sed successive: panis ante consecrationem, & corpus Christi post consecrationem, juxta illud Ambrosii lib. 4. de Sacrament. cap. 5. Antequam consecraretur, panis est: ubi autem Christi verba accesserint, Corpus est Christi. Denique audi dicentem, Accipite & edite ex eo omnes: Hoc est corpus meum. Sicut ergo Christus in Cana Galilææ, aquam in vinum vertens, poterat, amphoram aquæ plenam manibus tenens, dicere, Hoc est vinum, & eodem instanti quo hæc verba absolvet, aquam in vinum vertere, eo quod significatio nominis demonstrativi hoc, & veritas propositionis practica & factiva sui objecti, metienda sit ex instanti quo absolvitur: ita similiter, ob eandem rationem, hæc propositio Christi, panem præ manibus tenens, ac dicentis, Hoc est corpus meum, verissima fuit; quia cum esset practica, & factiva ejus rei quam significabat, ad ejus veritatem sufficiebat, quod in fine illius, hoc quod Christus demonstrabat, scilicet panis, in corpus Christi per transubstantiationem transisset.

Ad confirmationem dicendum, illud ab Apostolo additum, quod pro vobis frangitur, intelligendum esse de Christi passione, quæ significatur per verbum de præsentis, quia quando Christus illa verba consecrationis protulit, erat proxime futura, & moraliter præsens, ut Beza pie in eodem locum Apostoli exponit. Quapropter vulgata nostra vertit præsens & futurum, per futurum, traditur. Et ita falsum est assumptum Molinæi, nempe Christi corpus non esse in sacramento, nisi eo modo quo in eo frangitur, cum sermo ibi non sit de fractione quæ erat in sacramento, sed quæ brevis futura erat in cruce & passione, in qua licet ossibus parcitum sit, juxta illud: Os non comminuetur ex eis: caro tamen Christi concissa, tracta, & delacerata fuit. Addo quod, corpus Christi, ut est panis Eucharisticus, aliquo modo frangitur, non quidem secundum se, seu ratione sui, ita ut pars à parte divellatur, sed ratione specierum, quæ cum sint illius involucrium, ut accidentia sunt involucrium substantiarum, quod speciebus contingit, dicitur corpori Christi contingere: unde sicut substantia dicitur visibilis per accedens, ratione suorum accidentium; ita quando franguntur species, dicitur corpus ipsum frangi, denominativè à speciebus fractis.

Ad secundam confirmationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam: ex eo enim quod verba illa Christi, Hoc est corpus meum, sunt sacramentalia, non recte colligitur illa duntaxat corpus Christi significare, quin potius oppositum inferendum est, verba enim sacramentalia, cum sint practica, sive effectiva illius quod significant; sicut verba Baptismi. Ego te baptizo, verè abluunt; ita verba Eucharistiæ, Hoc est corpus

B b

meum,

meum, efficiunt corpus Christi verè & realiter esse sub speciebus.

76. Obijciunt quatuor hæretici: Apostolus 1. ad Corinth. 10. sic ait: *Patres nostri omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, & eundem potum spiritalem biberunt*: Atqui non manducaverunt carnem Christi, nisi solâ fide, aut in figura: Ergo neque nos aliter eam quàm in figura vel per fidem manducamus.

77. Respondeo Apóstolum non dicere, quòd Judæi manducaverint eandem escam nobiscum, sed quòd omnes eandem inter se escam manducaverunt, quia omnes tam boni quàm mali Manna manducaverunt, mare transierunt &c. Quod si D. Augustinus interdum dicat, Patres ante nos eandem nobiscum escam manducasse, id debet intelligi de eadem esca, non quoad rem ipsam, sed quoad significationem, quatenus scilicet corpus quod re ipsa suscipimus in hoc sacramento, figurabatur per Manna & Agnum paschalem, ideòque unum quid dici poterant, modo quo figura & figuratum, imago & res representata per illam, ad modum unius se habent. Quod verò hæc sit Augustini mens, apertè colligitur ex his quæ scribit lib. 2. contra litteras Petilianus cap. 37 ubi sic habet: *Aliud est pascha quod illi (scilicet Judæi) in ore celebrant, aliud autem quod nos in corpore & sanguine Domini accipimus*. Ubi Agno paschali opponit corpus Domini quod sumimus in Eucharistia; quod non faceret, si per corpus Domini, intelligeret tantum figuram corporis Christi, cum etiam Agnus paschalis hoc haberet, imò expressius quàm panis materialis corpus Domini significaret, ut supra art. 5. exponendo rationem D. Thomæ ostensum est.

78. Obijciunt quintò: Memoria est tantum rerum absentium & præteritarum, non verò presentium: Sed Eucharistia est commemoratio Christi, juxta illud Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*: Ergo Christus non est in ea realiter præsens.

79. Respondeo primò, negando Majorem: memoria enim potest esse rei præsentis, si illa sit occulta: nam licet Deus secundum essentiam ubique realiter præsens sit, quia tamen talis præsentia est occulta, Scriptura jubet nos ubique Dei memores esse: unde quòd Eucharistia sumatur in Christi commemorationem, non excludit realem ejus præsentiam in hoc sacramento, sed tantum innuit eam esse occultam.

80. Respondeo secundò, Eucharistiam non esse commemorationem Christi simpliciter & præcisè, sed Christi patientis & morientis, juxta illud 1. ad Corinth. 11. *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem biberis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*: passio autem & mors Christi jam præterierunt, unde potest earum memoria fieri in Eucharistia, licet Christus ibi realiter & substantialiter existat.

81. Obijciunt sextò: In multis Scripturæ locis verbum est, sumitur pro significat, ut cum 1. ad Corinth. 10. dicitur: *Petra erat Christus*, & cum in Evangelio Christus de se dicebat, *Ego sum vitis vera*, Ego sum ostium. Item Exodi 12: agnus qui à Judæis immolabatur, vocatur *Phase*, id est transitus, & ad Galatas 4. duo filii Abraham, esse duo testamentum dicuntur. Quidni ergo hæc verba Christi, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, in eodem sensu metaphorico, non licebit usurpare, eaque figura & representatione corporis & sanguinis Christi interpretari?

Respondeo primò, quòd si hoc dicitur, non probaret non solum licere hæc verba in sensu metaphorico, sed etiam in sensu proprio ut patet, sed etiam ista: *Hæc enim verba non magis expectant unitatem naturæ divinæ in tribus personis, quàm unitatem naturæ humanæ in tribus personis*. Porro Christi, sub speciebus panis: unde hæc verba tropis & figuris exposita sunt, cur non etiam in aliis proprietatibus retinenda essent, non etiam in istis? Unde egregie Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana sic ait: *Quidam autem erroris opinio, quidquid affirmatur de re, figuratim arbitrantur. Recte etiam Sacramentis verba ista Irenæi lib. 4. adversus hæreses cap. 33. adaptari possunt: Cogitatio huiusmodi typorum, & in agnitione imaginum adhibetur, nunquam figure animam suam in uno & eodem, ut loquitur Feiwardentius ejus Commentarii in cap. 12. lib. 1. Imbricis & metonymia induuntur corporis Christi usu excidunt. Similes si ipsi panem quidem reliquit, in unam autem epam tum fecit, & perdidit escam, ut eodem cap. 12. dicitur ait. Hoc eodem apologo utitur Epiphanius contra Cerdonianos: *Contra quos inquit, in his proverbium, qui umbra intentus non carum habebat in ore, & in aqua intus, & in maiorem aqua esse putans, quam cibum quem intus habet, apertò ore etiam eum quem habet in animo, hi, cum viam reperiunt, & unam & figuratam suspensionem eorum obortam, non solum cibum, quem ipsorum, ut ita dicam, erat ex Deo donatus, sed etiam perniciem sibi ipsi attraxerunt*.*

Respondeo secundo, concessio antecessoribus negando consequentiam & pariterem: in aliis locis Scripturæ, in quibus figuram rei significata gerit, additur aliquod subiectum, vel prædicatum, ex quo allegorice sententia nitelste deprehenditur: immèdiate enim quàm Paulus diceret, *Petra autem erat Christus*, dixerat loquens de Hebræis, *Bibebant autem spiritualem conquecentem petra*, proindeque erat de petra spiritali, & de ejus signo similis quando Christus dixit se esse vitem, vel ostium, determinavit ibi se loqui de vitæ & ostii spiritualibus, ut ex antecedentibus & consequentibus apertè colligitur. Item Exodi 12. non absolute enuntiat de ipso agno, quòd in phase, sed de ipsa cerimonia ejus agni, quòd in phase transitus, id est cerimonia quæ representationis est, enim legitur, *Hæc est religio phase*. Unde quæ Apostolus duorum filiorum Abraham memores, allegoricè duo testamentum interpretatur, subdit enim: *Quæ sunt per allegoriam ista*. Atque in nostro casu, planè oppositum contingit, verba enim quæ Christus adjunxit prædicato corporis & sanguinis, dicens quod *panis transmutatur, vel traditur: Quod pro vobis effunditur, vel effundetur*, repugnant metaphora, vel allegoria, quòd quidem quod traditum fuit, vel est alium, vel erat solum figura corporis & sanguinis Christi.

Instant Calvinistæ: Christus 1. cor. 10. & 11. referretur dixisse: *Hic calix est novum testamentum, seu fœdus in sanguine meo*. At quod est in calice, non est testamentum & fœdus, nisi metaphorice: Ergo verba quæ Christus adjunxit prædicato sui sanguinis, non repugnant metaphora, vel allegoria, sed potius eam innuunt.

Respondeo concessio Majori, negando Minori.

rem : vox enim testamenti secundum communem & usitatum modum loquendi, dupliciter sumitur. Primò pro voluntate testatoris & hoc modo usurpatur à Matthæo, cum dicit, *Hic est sanguis novi testamenti*. Secundò, pro instrumento authentico quo declaratur voluntas testatoris, & hoc modo sumitur à Luca & Paulo dicentibus: *Hic calix novum testamentum est in meo sanguine*, ita ut sensum faciat hæc propositio: Hic calix est instrumentum authenticum meæ voluntatis, consistens in meo sanguine. Vel sanguis meus contentus in hoc calice, est instrumentum vi cuius ex voluntate mea fideles habent jus ad percipiendam cœlestem hereditatem: unde falsum est sanguinem Christi qui est in calice, non posse dici testamentum & fœdus in propria acceptione testamenti.

Adde quod, testamentum & fœdus in Scriptura, & lingua Hebraica, quâ Christus utebatur, dicuntur esse hostia, seu victima cæsa in confirmationem reconciliationis & concordia: Sed Christi sanguis in calice, est victima cæsa, seu pars victimæ cæsa pro reconciliatione generis humani: Ergo propriè testamentum seu fœdus dici potest. De quo videri potest Maldonatus in versum 28. capituli 26. Matthæi.

Dici etiam potest cum Cardinali Perronio lib. 1. de Euchar. cap. 36. quod phrasi usitatâ Hebraicis, sacrificium pro fœdere, vocatur fœdus, sicut sacrificium pro peccato, appellatur peccatum; unde Osee 4. Sacerdotes comedere peccata populi dicuntur, id est victimas oblatas pro peccatis populi: unde cum Christi sanguis positus in calice, sit victima pro peccatis nostris, phrasi usitatâ Scripturæ, & propriâ, fœdus & testamentum novum dici potest.

Obijciunt septimò Calvinistæ: Christus variis locis Evangelii significat se non futurum in terra, post gloriosam ascensionem suam; ut cum Joan. 6. Discipulis murmurantibus, quod pretium unguenti in caput ejus effusi à Magdalena, non esset potius datum pauperibus, dixit: *Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis*: At si Christus esset realiter & substantialiter præsens in Eucharistia, post gloriosam ascensionem suam, adhuc remaneret in terra: Ergo non est realiter & substantialiter præsens in Eucharistia.

Addit Calvinus lib. 4. instit. cap. 17. §. 27. Scriptura testatur Christum, quod attinet ad naturam humanam, ascendisse in cælum, ibique mansurum usque ad diem judicii, & tunc demum, & non ante, ad inferna loca rediturum: non igitur verum est, eum sepe descendere, ut Papistæ volunt.

Hoc argumentum videtur Adversariis insolubile, unde perpetuò clamant nos destruere non articulum Symboli, nempe ascensionem Christi in cælum, ejusque in cælo permanentiam usque ad diem judicii. Verum hæc facile dissolvitur, Christus enim verbis quæ dixit ad Discipulos de effusione unguenti murmurantes, significare tantum voluit, quod non erat futurus in terra, post gloriosam ascensionem suam, præsentia ordinariâ & familiari, in qua ei convenirent obsequia effusionis unguenti, aut similia: hoc verò non excludit, quod præsens sit in terra, aliâ præsentia, sed miraculosâ & supernaturali. Sicut cum Lucæ 24. apparuit in cœnaculo Discipulis, verè tunc cum illis erat, & nihilominus dixit illis: *Hæc sunt verba quæ locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum*; quia nimirum

tunc erat quidem realiter cum illis, sed præsentia miraculosâ & supernaturali, antea verò fuerat cum illis præsentia ordinariâ & familiari. Quod autem de præsentia istâ, verba suprâ dicta Christi ad Discipulos intelligenda sint, ex eo patet, quod Christus ibi loquatur de præsentia quâ habemus nobiscum pauperes; id enim requirit antithesis: *Pauperes semper habebitis, me autem non semper habebitis*: id est eo modo quo habetis pauperes, hoc est, visibiliter & humano modo conversantem.

Ad illud quod subdit Calvinus, respondeo 90. realem Christi in Eucharistia præsentiam, cum mysterio ascensionis ejus in cælum, & perpetuam ejus usque ad diem judicii in cælo permanentiam, nequaquam pugnare; non enim debet cælum deferere, aut descendere motu locali, ut fiat præsens in Eucharistia; nec repugnat illud simul esse circumscriptivè & modo connaturali in cælo, & sacramentaliter, ac modo supernaturali & miraculoso in Eucharistia, ut fusiùs infra declarabitur.

ARTICULUS XIII.

Solvuntur objectiones Calvinistarum ex Patribus.

PLurima obijciunt Calvinistæ Patrum testimonia, ad probandum Eucharistiam esse tantum figuram corporis Christi, illudque solum per fidem spiritualiter à fidelibus manducari; sed difficiliora tantum & obscuriora hic adducemus, & exponemus; alia verò apud Cardinalem Perronium lib. 2. de Eucharistia videri poterunt.

Obijciunt ergo primò Hæretici: SS. Patres nonnunquam vocant Eucharistiam, signum corporis, antitypum, figuram, & repræsentationem Christi: ut patet ex Tertulliano lib. 1. contra Marcionem, paulò ante medium, ubi hæc scribit: *Sed ille usque nunc nec aquam reprobavit Creatoris, quâ suos abluvit, nec oleum quo suos ungit, nec mellis & lactis societatem, quo suos insantat, nec panem in quo corpus suum repræsentat*. Et libro 4. cap. 40. explicans illa verba Christi, *Hoc est corpus meum*; hæc ait: *Acceptum panem, & distributum Discipulis, corpus suum fecit dicendo, Hoc est corpus meum, id est figura corporis mei*. Similiter

Maximus in annotationibus libri de Ecclesiastica hierarchia, in cap. 3. dicit: *Dona in altari perfecta, id est Eucharistia, symbola sunt, at non veritas: σύμβολα ταῦτα ἔσονται ἀληθινά*. Item S. Ambrosius lib. 1. de officiis cap. 48. asserit Christum hic offerri in imagine, in cælo in veritate. Demum S. Augustinus in enarratione Psalmi 3. in principio dicit: *Christus adhibuit Indam ad convivium, in quo corporis & sanguinis sui figuram commendavit, & tradidit Discipulis*. Et libro contra Adimantum cap. 12. Non dubitavit (inquit) Dominus dicere, hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui.

Ad hæc omnia testimonia responderi potest 92. primò generali solutione, Patres quidem vocare interdum Eucharistiam, figuram, signum, & antitypum Corporis Christi, vel secundum species solas, & symbola externa, quæ sunt signa Corporis Christi, non vacua, sed plena resignificatâ, sicut pastillus significat carnes quas continet: vel etiam secundum totum constitutum ex corpore & speciebus, quod est signum corpo-

ris Christi, non simpliciter sumpti, sed ut patientis in cruce, cuius passionis & mortis Eucharistia est commemoratio & representatio: quem, admodum enim Rex aliquis posset ludo publico victoriam olim à se reportatam ita exprimere, ut ipse suimet personam gereret, & representaret: ita Christus in Eucharistia realiter existens, seipsum olim passum representat. Item Eucharistia à SS. Patribus figura appellatur, quia symbolum est Corporis mystici, quod est Ecclesia, cuius unitas per panem ex multis granis confectum representatur, ut explicat Augustinus tract. 26. in Joan. Vel quia est representatio gloriæ nostræ futuræ, & fruitionis divinæ essentiae, cuius est veluti pignus. Unde Prosper de corp. Domini: *Qui Corpus Christi sumit, eam salutis accipit, & æternitatis potulum bibit.*

93. Quod verò interpretationes istæ legitimæ sint patet ex ipsiis SS. Patribus, qui eas aperte tradunt: nam S. Augustinus citatus à Gratiano can. *Vtrum sub figura*, de consecrat. dist. 2. sic ait: *Corpus Christi & veritas & figura est. Est veritas, dum corpus Christi, & sanguis, ex panis & vini substantia efficitur. Figura verò est id quod exterius sentitur.* Item eadem distinctione, can. *Corpus Christi*, de sumpto ex Hilario Papa, Leonis primi successore, sic dicitur: *Corpus Christi quod sumitur de altari, figura est, dum panis & vinum videtur extra: veritas autem, dum Corpus & Sanguis Christi in veritate interior creditur.* Refert etiam Claudius de Sanctis, Repetit. 3. cap. 4. fol. 76. initio istud ex Anselmo: *Christi benedictione panis fit corpus ejus, non significativè tantum, sed etiam substantivè.* Neque enim ab hoc sacramento figuram omnino excludimus, neque eam solum admittimus. Veritas est, quia Christi corpus est. Figura est, quia immolatur quod incorruptibile habetur. Similiter Damascenus lib. 4. de fide cap. 14. in fine sic ait: *Figura porro rerum futurarum idcirco dicuntur, non quod non verè corpus & sanguis Christi sint; sed quod nunc quidem divinitatis Christi per ea participes efficiamur, tunc autem intellectuali modo, & per solum aspectum.* Denique D. Ambrosius lib. 1. de officiis hæc scribit: *Hic umbra, hic imago, illic veritas. Umbra in lege, imago in Evangelio, veritas in celestibus.* Ante agnus offerebatur, offerebatur & vitulus. Nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & offert seipsum quasi sacerdos, ut peccata dimittat. Hic in imagine, ibi in veritate, ubi apud Patrem pro nobis quasi advocatus intervenit. Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus. Illic facie ad faciem, ubi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate est.

94. Ex his ergo facile constat solutio ad omnia testimonia adducta: majoris tamen claritatis gratiâ, per singula discurrendum est. Unde ad Tertullianum respondeo ipsum in primo loco usurpare verbum illud, *representare*, pro demonstrare, seu præsentem exhibere: sicut in communi modo loquendi accipi solet, & ipse Tertullianus frequenter usurpat; sic enim lib. 4. contra Marcionem capite 22. dicit, *Patrem representantem Filium dixisse, hic est filius meus dilectus.*

95. Ad secundum verò testimonium respondeo primò solutione generali adductâ, quod cum Tertullianus expressè dicat in illo loco, *Christum panem corpus suum fecisse*, id est in corpus suum convertisse, quando deinde subdit, *Hoc est corpus meum, id est figura corporis*, non intendit excludere realitatem, sed cum realitate etiam ad-

A mittit significationem, & vult quod spectat externæ, sunt modo explicato, figuræ corporis Christi realiter contenti.

Respondeo secundò, Tertullianum eo quod in veteri testamento fuerat figura corporis Christi, scilicet panis, effectus indicendi charitatem, per conversionem, corpus suum. Unde particula *id est*, non explicat prædicationem propositionis, seu corpus meum, sed interpretationem nempe particulam *hoc*. Qui sensus ex antecessoribus facile intelligitur, nam ibi docere videtur, Christum non venisse improvvisò, sed antea fuisse prophetarum, omnesque prophetas implevisse, substituendo scilicet prophetarum veritatem. Inter exempla autem harum citationum figuræ in veritate, quas implevit Christus, hanc affert, quod panis in veteri lege figura corporis Christi, juxta illud Jeremias: *Mittamus lignum in panem ejus*, id est crucem corpus ejus, & in nova lege Christus figuram illam implevit, seu in veritatem mutavit, convertendo panem in corpus suum. Unde Tertullianus subiicit: *figura autem non fuisse, nisi veteri esset.* Quæ ultima verba aperte declarant, quod loqui de pane, qui in veteri testamento figura corporis Christi, non verò de pane Eucharistico; si enim de Eucharistia loqueretur, non diceret, non fuisse figuram, sed non esset.

Nec mirari quicumque debet, quod panem *hoc*, loco citato, non ad prædicatum propositionis, sed ad subiectum referatur; hæc enim methetis, seu transpositio, stylo Tertulliani, consuevit, & involuto, fami liaris est, sicut alibi libro contra Praxeam cap. 29. *Christus mortuus est, ubi planum est vocem unctum; non ad mortuum, sed ad Christum (ex græco usque ad latine translatione) referendum.*

Ad locum Maximi respondeo ejus sententiam non esse, quod dona quæ sunt in altari, sint in veritate corpus Christi, sed tantum quod non sint æterna ipsa beatitudo, & sanctorum gloria: seu quod participatio Eucharistiae non sit reipsa, sed representatio essentiae, gloria nostra futura, & fruitio divinæ sententiae. Hæc intentio Maximi manifestè repellenti antecedentia & consequentia in quæstione: nam hic Author, cum Dionysio capite de celestis hierarchiæ, quod interpretatur, imò & cum D. Paulo ad Hebræos 10. tria distinguit, umbram, imaginem, & veritatem, umbramque ait fuisse in lege veteri, imaginem esse in Evangelio, veritatem autem futuram in celo, unde annor. 5. post verba citata in objectione, ait: *Dona perfecta in altari, sunt imago, umbra sunt sacrificiis legibus, veritas erit in celo.* Ex quo etiam facile intelligitur locus Ambrosii, de centis Christum hic offerri in imagine, in calvariæ ritate: non enim ibi opponit imaginem substantiæ & veritati, sed tantum claræ notitiæ, quod hic Christum velatum per fidem adoramus in calo facie ad faciem contemplabimur: unde vult tantum Christum offerri hic in imagine, hoc est in speciei alienæ panis & vini, cum tamen in calo appareat in propria specie. Illi parer ex verbis ejus quibus explicat quod dixit, ait enim: *Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus, illic facie ad faciem plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate.* Unde etiam paulò ante distinguit unctum ab imagine: *Ante (inquit) agnus offerebatur,*

offeratur vitulus; tunc Christus offertur, sed offertur A
quasi homo recipiens passionem.

In eodem sensu intelligenda sunt hæc verba
D. Bernardi ex leim. 33. in Cantica, quæ etiam
objiciuntur ab hæreticis: Hæbeo & ego Verbum,
sed in carne; & mihi apponitur veritas, sed in sacra-
mento. Angelus ex adipe framenti sagnatur, & nudo
satiatur grano. Me oportet interim quodam sacra-
menti cortice esse contentum, carnis fuisse, littera pa-
lida, velamine fidei. Significat enim Angelos frui
ipsâ adipe, quia facie ad faciem intuentur Ver-
bum, nos autem in conspectu non habere, nisi
corticem sacramenti; nec enim videmus aliud
quàm species panis & vini, sed tamen intra eum
corticem latere etiam granum, suprà dixerat
Bernardus.

Deniq; ad Augustinum respondeo, quòd li-
cèt loquendo de Eucharistia, eam signum & fi-
guram corporis Christi appellet, propterea ta-
men non excludit quin sub figura externa reali-
ter includatur corpus Christi; neq; dicit totam
Eucharistiam esse figuram tantum corporis
Christi, aut esse figuram vacuum, sed intendit
Eucharistiam esse exterius figuram, & interiùs
plenam veritatem corporis Christi; quemad-
modum columba quæ sedit super caput Christi
Marci 1. & Lucæ 3. erat figura Spiritus Sancti,
per speciem externam, & intus Spiritus Sanctus
juxta illud, Vidit Spiritum tanquam columbam,
autem in specie columbæ, descendentem. Unde, ut
suprà vidimus, idem S. Doctor, apud Gratianum
de consecrat. dist. 2. can. *Vtrum sub figura*, ait:
Corpus Christi & veritas & figura est. Veritas, dum in
virtute Spiritus Sancti ex panis & vini substantia effi-
citur: figura verò est id quod exterius sentitur.

Obijciunt insuper Calvinistæ celebrem locum
ex Augustino in Psal. 98. ubi Christum sic lo-
quentem ad Capharnaitas inducit: *Spiritualiter*
intelligite quod loquutus sum: non hoc corpus quod vi-
detis manducaturi estis, & bibaturi illum sanguinem
quem fufuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum
aliquod commendavi vobis: spiritualiter intellectum
vivificabit vos, caro autem non prodest quidquam.

Verum hic locus rectè explicatur à D. Thoma
hic quæst. 75. art. 1. ad 1. de corpore visibili &
passibili ut tali, quale tunc erat: nam corpus
Christi comedendum erat in aliena specie, &
impassibiliter ac invisibiliter se habens. Nec ob-
stat quòd utitur ibi D. Augustinus pronome
demonstrativo *Hoc*, & relativo *Quod*: nam fami-
liare est ut his vocibus demonstrentur & refe-
rantur res etiam secundum statum aliquem &
modum accidentarium, ut eum ille dicebat:
Non sum qui fueram &c. Et Ambrosius lib. 2. de
Penit. cap. 10. refert quendam rectè dixisse, *Ego*
non sum ego, quia mutaverat vitam & mores. At-
que ita seipsum explicat Augustinus in Epist. ad
Irenæum, verbis relatis de consecrat. dist. 2. cap.
45. *Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, &*
bibaturi illum sanguinem, quem fufuri sunt qui me cru-
cifigent. Ipsum quidem, & non ipsum. Ipsum invisibili-
ter, & non ipsum visibiliter.

Obijciunt etiam aliud Augustini testimoni-
um, desumptum ex libro 2. de peccatorum me-
ritis cap. 26. ubi sic ait: *Quod accipiunt, quamvis*
non sit corpus Christi, sanctum tamen est, quoniam sa-
cramentum.

At ibi manifestè loquitur Augustinus de pa-
ne Catechumenorum, quem vocat sacramen-
tum, latè & impropiè significatione, id est sa-
cramentum.

Tom. V.

crum signum, vel unitatis inter fideles, vel ip-
sius Eucharistiæ & corporis Christi.

Deniq; obijciunt illud Augustini tra. 25. in
Joan. *Quid parâs dentem aut ventrem? Crede, &*
manducasti. Et istud ex tra. 26. *Credere in eum,*
hoc est manducare panem vivum.

Sed ad hæc facile responderetur, Augustinum ibi
loqui de manducatione Christi spirituali, per fi-
dem Incarnationis, non autem de Eucharistia;
nondum enim pervenerat ad locum Evangelij
ubi agitur de hoc sacramento, ut rectè observa-
vit Bellarminus.

ARTICULUS XIV.

Solvuntur argumenta ex rationibus
humanis.

Argumenta desumpta ex rationibus huma-
nis, quæ contra realem Christi in Eucha-
ristia præsentiam obijciuntur ab hæreticis, ad
quinq; præcipua reduci possunt. Obijciunt en-
nim in primis, repugnare quòd accidentia in Eu-
charistia sine subiecto existant, cum inhærentia
sit de ratione accidentis, sicut perfectas est de ra-
tione substantiæ. Secundò dicunt repugnare
corpus humanum esse inextensum localiter, cum
extensio localis sit effectus formalis quantitatis,
subindeq; corpus Christi non posse intra parvam
hostiam contineri, & multò minus poni in indi-
visibili, ut docent Catholici. Tertiò, asserunt re-
pugnare quantitatem corporis Christi penetra-
re quantitatem panis & vini, & intra ipsam col-
locari; cum impenetrabilitas sit de ratione cor-
poris, & proprius effectus quantitatis. Quarto,
contendunt implicare contradictionem, idem
corpus indivisum manens, simul existere in plu-
ribus locis, subindeq; corpus Christi non posse
esse in coelo empyreo ad dexteram Patris, & in
terra in sacramento Eucharistiæ, & multò minus
simul poni in pluribus altaribus per consecratio-
nem diversarum specierum. Denum dicunt,
D hac præsentia reali concessâ, multa Christi ma-
jestate prorsus indigna admittenda esse, nempe
Christum aliquando in terram cadere, dentibus
ateri, in ventrem & secessum ire, à muribus de-
vorari, vel corrodi, putrescere, ejus sanguinem
accescere, & tandem cremari. Ecce quibus argumen-
tis omnipotentia Dei humana contradicit infirmitas,
quam possidet vanitas! inquit D. Augustinus in si-
mili lib. 22. de civit. cap. 11. ferè initio.

Ad primum respondeo quòd licèt accidentia
non possint naturaliter existere sine subiecto cui
inhæreant, bene tamen supernaturaliter & de
potentia Dei extraordinaria: non magis enim
est de ratione accidentis alteri inhære, quàm
de ratione substantiæ per se subsistere; quod e-
nim inhærentia est in accidentibus, hoc hypo-
stasis seu subsistentia est in substantijs: cur ergo,
sicut in mysterio incarnationis humanitas Chri-
sti privatur propriâ hypostasi & subsistentiâ, ut
in altero, scilicet in Verbo, subsistat; non poterit
divinitus quantitas panis & vini in Eucharistia,
carere inhærentiâ sibi debitâ, & sine subiecto ex-
istere. Potestq; id confirmari & illustrari ex do-
ctrina D. Basilij, qui homil. 6. in Hexameron tra-
dit primâ die creatam esse lucem per se subsi-
stentem, & ab omni subiecto separatam. Verba
ejus sunt: *Primo die ipsa natura lucis producta est,*
quarto autem die, Solis corpus, ut esse illi primogenita

Bb 3

luci

luci vehiculum, est conditum. Et infra subdit: Ita, ne mihi dixeris fieri hac non posse, ut lux à corpore solis separaretur. Neque enim ego lucis à solis corpore separationem mihi ac tibi possibilem esse dico, sed asserendum esse censeo, quia mentis solâ agitatione, cogitatione, disparari à se possunt, ea re ipsa se iungi facultate Creatoris utriusque naturae posse. Idem docet Nazianzenus in oratione de novo die Dominico, & Theodoretus in quaestionibus super Genesim, quaest. 14. & 16.

106. Ad secundum dicendum, nullam implicare contradictionem, quod corpus aliquod liberetur ab extensione locali sibi connaturaliter debita: nam de essentia corporis non est extensio illa actualis, & dispositio partium in loco, secundum quandam correspondentiam ad illam, sed extensio tantum in ordine ad se, quae consistit in ipsa multitudine partium ex quibus constat ipsius entitas, apta coextendi loco, & spatio divisibili. Unde licet corpus Christi in Eucharistia careat extensione locali, & ponatur in indivisibili, non propterea desinit habere duas aures, duo brachia, duos pedes, & quotquot partes habebat antea; neque propterea desinit caput esse unitum immediatè collo, & non pectori; collum autem humeris & non pedibus, quamvis haec omnia secundum locum simul sint, & unico spatij puncto claudantur.

107. Porro quod corpus aliquod possit divinitus ab extensione locali liberari, tum autoritate Scripturae, tum ratione probari potest. Christus enim Matth. 19. Marci 10. Lucae 18. testatur, Deum posse efficere ut camelus transeat per foramen acus; At non potest camelus transire per foramen acus, nisi locum non occupando, alioquin majus esset minus suo minori: Ergo divinitus potest corpus liberari ab extensione locali sibi connaturaliter debita. Ratio etiam id suadet: Nam ut magnitudo suâ mole replet locum, & aliud corpus extrudit, ita corpus grave, suâ gravitate ponderat, & alia corpora deprimit: At fieri potest divinitus, ut corpus grave, suâ gravitate non ponderet, & alia corpora sibi subiecta non deprimat, ut patet cum Christus super aquas ambulavit: Ergo etiam supernaturaliter & de potentia Dei absoluta fieri potest, quod corpus aliquod privetur extensione locali sibi connaturaliter debita, & quamvis habeat extensionem partium in ordine ad se, non tamen in ordine ad locum. Adde quod difficilius est, corpus quodcumque, è nihilo creare, aut in nihilum redigere, quam in punctum spatij illud contrahere; & tamen certâ fide credimus, duo prima à Deo effici posse: cur ergo tertium quoque divinitus esse possibile non credemus?

108. Iisdem rationibus patet, possibilem esse penetrationem dimensionum supernaturaliter: tria enim corpori conveniunt, quorum unum ex altero connaturaliter sequitur. Primum est habere partes extra partes. Secundum, coextendi & commensurari loco. Tertium, expellere seu extrudere aliud corpus ex loco, seu non pati secum aliquam magnitudinem in loco sibi adaequato; & hoc tertium sequitur ex secundo, sicut secundum ex primo; idè enim unum corpus non patitur aliud secum, quia replet totum locum: unde sicut potest supernaturaliter aliquod corpus ab extensione locali liberari, & esse extensum in ordine ad se, absque eo quod sit extensum in ordine ad locum, quia prius per Dei

A potentiam potest separari à suo possidente, ab illo non dependeat essentialiter, ita quod unum corpus occupare locum, & tamen non expellere aliud, quod dicitur proprie penetrare corporum. Unde SS. Patres communiter sentent, Christum de utero matris clauso, manente videlicet manente integritate carnis, esse se; idque praedictum fuisse Ezechiel. 44. ubi describitur porta quaedam clausa, per quam Dominus intrat: hanc enim portam intra semper clausam Virginis Deiparae esse docet Hieronymus in commentario huius loci, ubi brosius lib. de inst. Virg. cap. 7. Quae porta clausa, idè clausa quia virgo portam intra, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginali fuit partu, & genitalis virginitatis clausura non solvit. Mansit integritatem pudoris, & inviolata integritas dei avire signavit, cum exiret ex Virgine. Et cap. 8. Haec porta clausa erat, & non aperiebatur: bona porta Maria, quae clausa non aperuit. Asserunt etiam SS. Patres, Christum post resurrectionem suam, intraisse coelum januis clausis, sicut in nativitate sua, in utero clauso Matris exierat: Molt corpus in utero Augustinus ubi divinitus erat, ista clausa non aperuit: ille quippe non enim aperit intrare potuit, nascente virginitas Matris inviolata permansit, de qua sunt omnia & obferata (subdit Hilarius) ecce assistit medius, cui per virtutem suam introitus pervia. Nihil cedit ex solidis, neque per naturam aliquod tanquam lapsu insensibili ligna & lapides ceciderunt. Corpus Domini à se se non desinit, ut se ipsam nihilo; & unde qui assistit in medio est, idem per rationis miraculum eleganter declarat Christus lib. 12. in Joan. exponens enim verba illa Iohannis: Cum ergo sero esset die illa una sabbatorum, & res essent clausae &c. haec scribit: Obferat sibi in medio stetit Christus, inestimabili quadam ratione, Deoque convenienti supra rerum ordinem, contraria rationem humanam. Nemo enim dicit, quomodo quod in crasso corpore cum esset Dominus, in tantum gortio, tametsi januae clausae essent, penetravit, apud se cogit potius divinum Evangelium habere, quam haec de aliquo nostri similis dicere, sed de o portis qui Deo ac Patri asidet, atque omnia quae vult facit. Oportebat enim cum Deus secundum naturam suam sit ac verus, nequaquam subiacere rerum ordini, sicut res ab ipso creata, sed necesse est, & omnium quae aguntur rationi dominari. Aliqui dicunt quo pacto mare pedibus suis subiceret, saltuque suo pede transiret, neque enim nostrum corpus in aqua subsistuntur, aut quomodo alia miracula virtute sua convenienti ederet? Et rursus exponens verbum 26. ejusdem capitis 20. Joannis, ait: Apparuerunt sibi Discipulis mirabili ratione, ut Deus enim sicuti nos aperiri sibi fores ingreditur, ita eo neglecto januam penetravit & in media domo repente apparuit &c.

E Docent etiam SS. Patres, quod post resurrectionem generalem, corpora gloriola sancti ratione doni subtilitatis, quo erunt pizidita, ita corpora penetrabunt. Ita Author de cognitione verae vitae apud Augustinum cap. 45. ubi dicit scribit: Corpus sanctorum resurget spiritale, non velocitate, levitate, perspicuitate spiritibus erit corpus, & omne solidum erit et penetrabile, sicut & corpus Domini, lapide clauso surrexit, & janua clausa intravit. Idem docet Damascenus libro 2. de fide cap. 28. his verbis: Resurget corpus spiritale.

inmutabile, subtile; hoc enim significat spirituale, quale post resurrectionem corpus Domini erat, cum per janua clausas transiret. Item Anselmus lib. de similitudinibus cap. 53. Quicumque Angelis asimilantur, eorum quoque libertatem necessario assequuntur. Itaque sicut Angelus nihil obstat, nec aliud eis impedire potest, vel constringere, quin pro velle suo easla peneirent liberrimè; ita non erit aliquid obstatulum quod nos retinet, nulla clausula qua nobis ullatenus obstat &c. Demum Laurentius Justinianus lib. de disciplina & perfectione Monachorum cap. 23. sic habet: Caro cum in hac vita degit & peregrinatur à Domino, animalis natura est; post verò resurrectionis gloriam, tota spiritualis efficitur, ita ut omne solidum ei sit pervium; non clausuris tineri poterit inclusa, non vinculis religata, non restricta custodibus, sed liberam ingrediendi & egrediendi ubique recipit facultatem. Ex quo patet solutio ad tertium.

Ad quartum verò dicendum quòd quamvis repugnet idem numero corpus esse simul in pluribus locis circumscriptivè, non tamen implicat quòd sit in uno circumscriptivè, & in pluribus alijs sacramentaliter: unde corpus Christi potest esse præsens in celo circumscriptivè, & ad dexteram Patris in propria specie sedere, & simul in terra sacramentaliter poni in Eucharistia, & in pluribus altaribus simul existere, ut dicitur docet Tridentinum sess. 13. cap. 1. his verbis: Docet Sancta Synodus, & aperte ac simpliciter profertur, in almo Eucharistie Sacramento, post panis & vini consecrationem, Christum realiter ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilibus contineri: nec enim hac inter se pugnant, ut ipse Salvator noster semper ad dexteram Patris in celo asideat, iuxta modum existendi naturalem, & in multis nihilominus alijs locis sacramentaliter præsens, sua substantia nobis adsit. Idem tradunt SS. Patres: Basiliius enim in sua Liturgia, sic Christum deprecatur: Veni ad sanctificandum nos, qui sursum Patri confides, & hic nobis invisibiliter coexistis. Et Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio, sub initium: O miraculum (inquit) Dei benignitatem! Qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus peractatur! Item Gregorius Nyssenus in orat. de Paschate, sic ait: Sicut divinitas replet mundum, & tamen una est: ita Christus innumerabilibus locis consecratur, & tamen unum corpus est.

Ratio verò à priori, cur licet repugnet idem numero corpus circumscriptivè poni in pluribus locis, non implicet tamen illud fieri præsens sacramentaliter in pluribus altaribus, est quia præsentia localis & circumscriptiva sumitur à quantitate, & est effectus formalis illius, saltem secundarius: unde cum effectus formalis secundarius multiplicari nequeat, immultiplicato primario, à quo essentialiter dependet; nec effectus formalis primarius multiplicari possit, nisi ipsa forma multiplicetur; quia effectus formalis primarius nihil aliud est quàm ipsa forma, ut communicata subiecto, hinc fit quòd non possint multiplicari præsentia locales & circumscriptivæ, immultiplicatà quantitate: cum autem unitas numerica corporis à quantitate sumuntur, implicat eam in uno & eodem corpore multiplicari. At verò præsentia sacramentalis non à quantitate, sed à conversione substantiæ panis in corpus Christi desumitur; unde potest dari præsentia sacramentales, quot possunt poni conversiones: illæ verò, cum non

tribuant unitatem numericam corpori Christi, sicut quantitas, possunt in infinitum multiplicari, ipso Christi corpore immultiplicato, & eodem numero permanente.

Quid ergo jurat (inquit P. Nicolai in notis ad artic. 1. quæst. 75.) altercari, an in pluribus locis unum corpus extendi possit? quòd ad Eucharistia veritatem impertinens est, & plus nocet quàm prodest, ad illius oppugnatores refellendos. Nam si proposito ista. Nullum corpus pluribus locis extensivè adesse simul potest, negetur simpliciter, jam desectetur contra disceptatio ad incommoda quadam sensibilia quæ hujusmodi extensionem corporalem consequi possunt, nec de corpore Christi quidquam amplius disceptatur; ac in opinione quam ut absurdam Catholici plerique rejiciunt, momentum tanta veritatis & tam necessaria defensionis reponitur: si autem concedatur, sicut concedi debet, quòd extensivè quidem nullum corpus adesse simul pluribus locis potest, sed intenso modo, qui supradictis incommotis non afficitur, potest, intra cancellos constringitur disceptatio, nec evagatur extra propriam rationem corporis Christi, cui singularis est ille modus. Et rursum in Scholijs ad artic. 5. quæst. 76. Impertinens (inquit) & frustraneum est ad veritatem Eucharistia astruendam, imò magis periculosum & noxium, quàm proficuum & securum ad eam defendendam, ut unum corpus asseratur circumscribi pluribus locis posse, vel in pluribus locis per sua quantitatatis extensionem esse; quia cum illo modo existens, qualitercumque astruatur, nihil commune habet modis propriis quo Christus est singulariter in sacramento, nec isdem ac ille incommotis ex obnoxius: puta ut corpus Christi dicatur simul esse supra se ac infra se; simul dextrorsum sibi ac sinistrorsum, sicut omnino necesse est in corporibus localiter extensis contingere: præter alias plures antilogias vel contradictiones inde necessario consequentes, ut quòd simul sedere idem corpus stare possit, vel quiescere simul & moveri, & similia, cum nihil tale modis corporis Christi pariat.

Ad quintum in primis dico, Ethnicos & Judæos, simili argumento divinitatem Christi, & Incarnationis mysterium olim impugnasse; quare Augustinus Epist. 49. ait quòd in Christum non crederemus, si fides Christianorum metueret cachinnum Paganorum. Dicebant enim, Deum concipi, novem mensibus in utero mulieris portari, in cunis vagire, esurire, algere, crucifigi, mori &c. Dei majestate prorsus indignum videri. Unde Apostolus 1. ad Corinth. 1. Nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudæis, quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Stultum quippe (subdit Gregorius) hominibus visum est, ut pro hominibus author vite moreretur, & inde contra eum homo scandalum sumpsit, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam raris Deus ab hominibus dignius honorandus est, quando pro hominibus & indigna suscepit. Mysteria ergo nostræ fidei, eo ipso Dei majestate maxime digna sunt, quòd eorum dignitas sit ita supra humanam rationem elevata, ut videatur potius indignitas, si per eam duntaxat consideretur. Unde bellissimè Tertullianus in libro de carne Christi: Quodcumque Deo indignum est, mihi expedit. Salvus sum, si non confundar de Domino meo. Natus est Dei Filius: non pudet, quia pudendum est. Et mortuus est Dei Filius: prorsus credibile est, quia ineptum est. Et sepultus resurrexit: certum est quia impossibile. Et libro 2. contra Marcionem ait, Assumpsisse Deum quadam

Hom.
6. 13
Evang

sibi

sibi indigna, nobis autem necessaria, & ideo jam Deo digna, quia nihil tam Deo dignum, quam salus hominibus. Sicut ergo charitas erga homines, & nostrae salutis desiderium, Christum ad ea impulit, quae ejus maiestate Judaeis & Gentilibus indigna visa sunt: ita & ad Eucharistiae sacramentum institutendum, in quibus variis indignitatibus voluit subijci, quae furor & insania haereticis videntur, sed quae infinitam ejus sapientiam mirum in modum commendant, ut egregie declarat Augustinus concione 1. in Psalmum 33. cui titulus est: *Psalmus David, cum mutavit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit, Qui Psalmus ex ordinatione Apostolorum in primitiva Ecclesia canebatur, cum fideles ad sacram synagoga accedebant, ut refert S. Clemens in libro de Constitutionibus Apostolicis.* Sic ergo ait: *Quasi furor & insania videbatur dare carnem suam manducandam hominibus, & bibendum sanguinem.* Sed Regi Achiz, id est stultis & ignorantibus. Dixerunt enim, *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Arreptitum putabant Dominum, & nescire quid loqueretur, & insanire: ille autem qui noverat, quod dicebat, in illa mutatione vultus sui, & quasi furor & insania, sacramenta predicabat.* Notant etiam aliqui, quod quando David coram Rege Abimelech stultitiam simulavit, distuebant saliva ejus in barbam, ut ait Scriptura: quia cum saliva sit signum infantiae, barba vero sapientiae, & aetatis virilis: verba Christi quae puerilia videbantur, quando carnem suam manducandam promittebat, infinitam ejus sapientiam & potentiam mirum in modum commendabant.

113. Respondeo secundo, negando ex vera & reali Christi manducatione sequi absurda illa & inconvenientia quae obijciuntur ab haereticis: cum enim Christus existat in Eucharistia, modo non passibili, sed impassibili, nullo modo ledi potest, proinde proprie loquendo non cadit in terram, nec pedibus concalcatur, aut dentibus atteritur, sed ista omnia penes solas species fiunt. Cujus exemplum habemus in homine; licet enim ipso cadente, corpus cadat, anima tamen in corpore existens non dicitur proprie cadere, sed tantum per accidens, ad motum corporis. Non alteratur etiam aut corrumpitur corpus Christi in Roma, hoc per manducationem; sed integrum & incorruptibile perseverat, juxta id quod Beatus Andreas Aegae Praefatus, ut Dijs suis immolaret hortanti, respondit: *Deo qui vivus & verus est quotidie immolo, non taurorum carnes, aut virorum sanguinem, sed immaculatum agnum in altari, cujus carnes posteaquam omnis populus credentium manducaverit, agnus qui sacrificatus est, integer perseverat & vivus.* Unde Cyprianus de cena Domini: *Integer erogatur, distributus non demembratur, incorporatur & non injuriatur, recipitur, & non includitur.* Et Augustinus apud Bedam in cap. 10. prioris ad Corinthios: *Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur ut manducetur, sed mortuus vivificat: quando manducatur, reficit, sed non deficit.* Non ergo timeamus fratres manducare istum panem, ne forte finiamus illum, & postea quod manducetur non inveniamus: manducatur Christus, vivit manducatus, quia resurrexit occisus. Item corpus Christi, cum sit gloriosum & incorruptibile, in substantiam ipsorum summentium non transiit, sed eos potius in se spiritualiter mutat, ut docet idem Sanctus Doctor libro 7. Confess.

A capite 10. ubi loquens in persona Christi, ait: *Cibus ego sum grandum, & creta & marmoreis me; nec tu me mutabis in te, sicut idem tradit Leo Papa Sermon. 13. de passione, in verbis: Non aliud agit participatio corporis & sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transeamus.*

B Demum quod hostia consecrata putrefacta vel corrumpi possit, nihil indecens inter quae veritati consecrationis, & verae ac reali Christi sub speciebus Eucharisticis praesentia advenitur, ut haeretici obijciunt: quia in corpore Christi putrefactio illa seu corruptio non redoundat, sicut nec in ipsius divinitatem, propter tantam unionem, injuria humanitatis, vel corporis infirmitates ac passionem redoundant. Sic Soli ceno sine sordibus volutur, nullam commens inde feciditatem, ut Basilus occasione incarnationis exagrat, & huc accommodat per test. Sic in medio rubi flammis & ardenti gelus qui personam Dei representabat, nullum sentiens lesionem, ut Exod. 3. videre est. Quod ergo metuendum, ne quid ex illa hostiam corruptione vel putrefactione Christi minus patiatur. Unde Guttmundus de veritate Eucharistiae lib. 2. statim post initium, sapienti Berengario, *Quod caro Christi est immutabilis, potest autem corrumpi sacramentum, si minus asseretur, ita respondet: Oligum elephanti assueti! prompior ad extorquendam opinionem corruptionis Dei suam perditionem, quam ad perniciem cum fidelibus suam rejectionem!* Ex paulo paulo. Nobis panis ille celestis, illa Eucharistia, divina manduca manna, quod immaculati agni carum impassibile factum de sacris altaribus sumimus, per quod & vivimus, & a corruptione sanamur, nunquam corrumpitur, nunquam putrefcit &c.

ARTICULUS XV.

Solvitur alia obiectio haereticorum, & consensus Ecclesiae Graecae cum Latina, quod transubstantiationem, & realem Christi praesentiam in Eucharistia, haereticis demonstratur.

Cum Petrus Martyr, Kemnitius, & Calvinista, Catholicis nonnunquam obijciant, Gracos a transubstantiatione semper abhorruisse, eosque realem Christi in Eucharistia praesentiam semper negasse, ut hujus obijectionis seu potius imposturae & mendaciae, falsitas aperte constet, hic breviter demonstrandum est: pio, Ecclesiam Graecam, quoad illa duo dogmata nostrae dogmata, consentire cum Latina, & nusquam inter Latinos & Gracos fuisse controversiam, an panis verè & substantia realiter converteretur in corpus Domini, vel an Christi caro & sanguis sub speciebus Eucharisticis realiter esserent.

Plura igitur hujus Ecclesiae Graecae cum Latina consensus afferri possunt argumenta, seu testimonia, quae videri possunt apud Bellarminum lib. 3. de Eucharistia cap. 11. tria solum hic indiciam, quae satis recentia sunt. Primum sumitur ex censura Orientalium ad Augustinam confessionem. Cum enim Lutherani Augustinam confessionem ad Patriarcham Constantinopolitano

aliosque Episcopos Græcos misissent, ut contro-
versiarum quas circa transubstantiationem panis
& vini in corpus & sanguinem Christi nobiscum
habent, eos iudices constituerent, Censuram
pro probatione remiserunt, & inter alia, hæc
ad eos rescripserunt: *Multa de vobis referuntur,*
que nobis nullo pacto probari possunt. Ecclesia
igitur sancta illud iudicium est. In sacra Cena, post
consecrationem & benedictionem, panem in illud
spiritum corpus Iesu Christi, vinum autem in illius san-
guinem, virtute Spiritus sancti transire, ac immutari.
Et paulo post dicunt, corpus Christi non descen-
dere de cælo, ut in Eucharistia præsens adsit,
sed fieri præsens, per transmutationem, & transi-
tionem panis in corpus. Item ibidem asserunt,
sub speciebus panis verum corpus Domini conti-
neri.

177. Secundum testimonium sumitur ex Petro Ar-
cudio, Authore Græco, qui in libro de concor-
dia Ecclesie Occidentalis & Orientalis in septem
Sacramentorum administratione libro 3. cap. 2.
hec scribit : In Sacramento Eucharistie in primi-
tias agnoscunt, & amplectuntur, quin & firmissi-
me credunt veram substantiam, transubstantiationem,
naturam consistit ex antiquis. & omnium ætatum Pa-
tris Græci, norissimè autem ex ipomet Jeremia
Patris circa Constantinopolitano in cap. 10. sue Cen-
suræ contra Lutheranos. Et quamvis eo nomine
non utantur, sunt tamen authores aliorum nominum
quibus eam, quantum sit possit, appellant & expres-
sunt.

Dicunt enim μαρτυροῦντες ὅτι καὶ ἐκ τῆς
μετέπειτα καὶ μετὰ τοὺς αἰῶνες καὶ μετὰ τὴν
ἐπιφανείαν τοῦ κυρίου καὶ μετὰ τὸν ἀνα-
στήσειν καὶ μετὰ τὸν ἀποστολικόν χρόνον τελευτή-
σαντος καὶ μετὰ τὸν πᾶσι γενέσθαι. Offert autem
huiusmodi exemplum Chrysostomus ad declaran-
dam hanc miram mutationem homiliâ 3. de Peni-
tentia seu de Eucharistia in Encantiis : ὁ σπέρμα κηρύ-
σσει ποσομένης, ὁ δὲν δύναται, ὁ δὲν πελαγίζει·
εἰς γὰρ οὗτοι πάντες συναγαγέντων τὰ μυστήρια τῇ τοῦ
κυρίου εὐχαριστίᾳ. Sicut cere igni adhibita nihil substan-
teremaneat, nihil superfluit, sic & hic putamysteria
consistit corporis substantia.

Hoc quidem notandum fuit, non propter Lati-
ni, qui Græcos in hoc dogmate fortis habent, & or-
thodoxè sentire judicant, sed propter hæreticos, qui
propria decore alius adscribere non erubescunt.
Petrum, inquam, pseudomartyrem, qui in libro con-
tra Stephanum Gardinerum objecto 128. nimia im-
pudentia dicit, Græcos abhorruisse à transubstantia-
tione. Et Kemitium, qui similiter, ut est hæreticus
familiarissimum, mentitur Græcos in Concilio Flo-
rentino admittere noluisse mutationem panis in cor-
pus Christi. Nam in eo Concilio (quod græcè tri-
plimum, beneficio Græcorum extat, & licet quilibet
perficere verum) non fuit questio: An panis verè
& substantialiter verteretur in corpus Domini, prout
neque nullo in alio Concilio, seu tempore, Latini cum
Græcis hanc controuersam disceptarunt, sed quibus-
nam verbis illa ineffabilis mutatio fieret, in contro-
uersam venit.

*Porro Graeci Patres, uno excepto Marco Ephe-
sino, magnifice sentive de verbis Domini, quibus
solvi fieri corpus Christi, professi sunt. Et argumen-
ta in contrarium ex linguae sumpta, fortia in specie, so-
lutione profligant. Ceterum ne dicant haretici;
propterea non de scribi loca ex libris sanctorum Pa-
trum de hac miranda mutatione, quod ea eorum
scriptis non extant, pauca ex multis subiiciam. Et*
Tom. v.

A statim profert verba Cyrilli Jerosolymitani in Ca-
te: hesi quarta & quinta mystagogica , Gregorii
Nysseni oratione Catechetica cap. 37. Chrysos-
tomi homilia 82. in Matthæum , Damasceni
libro 4. de fide capite 14. Theophilacti in ca-
put 14. Marci, & tandem septimi Synodi actio-
ne sexta.

112.
Tertium testimonium sumitur ex Synodo ha-
bita Constantinopoli anno 1642. sub Patriarcha
Patriarcha Constantinopolitano: cūm enim a tri-
ginta fere annis Batavi Cyrillum Patriarcham
Constantinopolitanum dolo fefellerint, & ab ipso
in extrema senectute constituto, suæ confessionis
fidei testimonium, manu ipsius scriptum & firma-
tum accepissent, quod apud Batavos & Gallos
tanquam Orientalis Ecclesiæ unam sententiam &
fidei confessionem ostendebant: Tunc Parthe-
nius, Cyrilli successor, cum dolum & fraudem
animadvertisset, Constantinopoli anno 1642.
Concilium egit in quo Calvinistarum doctrina
omnino proscripta est. Sic verò habet Censura
Concilij Articulo 17. *Τὸ ὅτι βίαι ἐκ τῆς αἰτίας αὐτοῦ*
ἡσυχάζουσιν, ὡς μὲν αὐτῇ ἔτερον ἐκ μὲν τύπος ἰδιὸν
ἐγκαθίστησι, ὡς δὲ ἐν τῇ σκία τοῦ παλαίου νόμου ἐλα-
ττεινόμενοι γὰρ φησὶ εἶναι τοῖμα χρῆσθαι ἀλλήλων ἢ ὁ νό-
μος, καὶ ἰδιώμενοι αὐτοὺς ἵδμεν ἀναπαύειν, ἀλλὰ τὸ ἰδιώ-
μενοι πενημέλειαις ἐὶ μάλλον εἶναι ποιῆσμενοι, ἐκ πά-
σης ἀσέβειας ἀναπλεῖν, ὃ γὰρ ἰσχυρὸς ἐκ ἔφθοσε τοῦ τόξου
ἐκ τῆς τοῦ τοῦ σωμαλὸς μου, ἀλλὰ τοῦ τόξου τὸ σῶμα
μου, καὶ τοῦ τόξου τοῦ σώματος μου. τοῦτο δηλαδὴ τὸ ἐπι-
βουλοῦμαι λαμβάνουσιν, ὡς ἰδιώμενοι, ἐκ τῶν ἰσχυρῶν ἀνα-
παύειν ἵδμεν ὡς ἰδιώμενοι. Divinam Eucharistiam ita
describit, ut nihil aliud aliud, nisi figuram vacuum
relinquat, ac si adhuc umbra veteris legis servive-
rit. Non enim dicunt, panem quem jam sanctifi-
catum videmus, & manducamus, esse corpus Christi
verum; sed intelledam figuralem, aut potius
phantasticum; quod summa impietas est. Non
enim Iesus dixit, hoc est corpus meum typus; sed hoc est
corpus meum; hic est sanguis meus: hoc scilicet quod
videmus, quod accipimus, quod manducamus,
quod frangimus, cum jam sanctificatum & benedi-
catum est.

DISPVATIO II.

*De Sacramento Eucharistiae
secundum se.*

Ad quaestionem 73. Divi Thomae.

DE Venerabili Sacramento Eucharistiæ secundum se considerato agit Divus Thomas 3. parte quæstione 73. ubi de ejus existentia, essentia, unitate, necessitate, institutione, nominibus, & figuris differit. De his pariter in hac disputatione nobis agendum incumbit, invocata prius hujus admirabilis sacramenti gratia, verbis Divini Dionysii, qui capite 3. Ecclesiasticæ hierarchiæ, actuarus de Eucharistia, sic præfatur. *O divinum penitus sanctumque mysterium, obduclæ tibi signantium operimenta signorum, dignanter aperiens nobis, palam atque apertè luceſce, nostrosque*